B.R. 342/20

Al manoscritto è allegata una busta contenente due piccolissime schede, contenenti annotazioni di G. Leopardi autografe

1838. N°. 20.

Dictionnaire Biblio=
graphique par Duclos
et Cailleau Paris 1790.
trois vol. in 4. vol. 2.
pag. 171. article Lun=
dius. Iulii Africani
Cesti, seu de Apparatu
tu bellico de re mili=
tari cum Leidensi Testa
ti, Meursii, et inter=
dum Meibomii atque
Grimani Codicibus ad=
spersis hinc inde notu=
lis et conjecturis Meur=
sii, contulit, latine ver=
tit, notisque illustravit
Zacharias Lundius.
gr. et lat. 2. vol. in
4. Très-beau et très-
précieux manuscrit
sur papier, qui n'a
jamais été imprimé.
Vendu 134. liv. à
l'Hôtel de Bul=
lion, en 1786.

Africanum cum fuisse putat Basna=
ge cum Iuda. Verum colligo ex
his quae habet Till. 255. fin. et
ex eo quod Abgarum (male Evan=
γέλου v. Grabe t. 1. not. init.) nomi=
net C. 30. itaque Bardesane Parth.

Primus Chronographiam scripsit
Isidor. ll. sup. cit. ex Ronc. et
t. 3. ejus op. Ado init. Fab. latin.
l. c. Till. 256.

Cest. v. Cod. de quo Bandini. 2. 226.
ad Cap. 7. 21. 25. 42. et alium de quo 228.
fin. et 229. usque ad num. XVI.

De Susanna Hieron. praef. in
Daniel.

Consule Chron. Georgii Hamartoli
de quo Bandini. 2. 671.

Pro Emmaunte legatione functus
est Bed. 2. 111. fin. Ado 297. b.
Till. Chr. 214. a. Ronc. 461. Sync. 286.
a. Basnage.

Scripta ejus damnata Lab. 4. 1265. b.

Epist. ad Arist. Bed. 5. 255. Sync.
236. c. et Fab. Cod. Apocryph. N.
Test. quem citat. 3. 170. lin. 3 ult.
Hieron. 6. 1. d.

Testimon. Sync. 259. a. 4. Cedr. 2. c.
7. b. Max. 313. Chr. 131. d. 133. a. Ronc.
461. bis. Sync. 52. a. 56. c. 118. b. bis. 157.
e. Cedr. 139. c. Sync. 16. b. 75. a. 92. a.
64. c. 42. c. d. 49. b. 46. e. 74. a. & 79. d.
84. d. 55. a. c. 56. b. c. d. Mal. 25. b. Ronc.

Aelius quidam Africanus Cos. fuit
a. Chris. 236.

De 70. hebdom. scripsit Sync. 288.
b.

Itinera Sync. 17. d. unde argum. pro
Cestor. γνησιότ. desumptu ex loco de
Bardesane. Sync. 45. a. 80. d.

Bis Chronograph. edidit Sync. 44. c. Till.

Testimon. ~~Ronc. 11. 451. bis. 2. 462. Mal.~~
~~Cedr. 2. c. 7. b.~~ Sync. 244. a. Chr. 13. a.
~~Fab. 6. 505.~~ Suid. art. Κεστοί
Collect. Histor. Fab. lotor. art. Unde gar.

Testimon. Willelm. Tyr. de bel. sac. X.
14. c. 12. Socrat.

Testimon. Fab. 6. 506. lin. ult. 503.
med. 5. 82. init. Sozom. Cap. 1. Fab.
178. forte, 7. 765. lin. quartult. ubi
forte addend. = prooem. = Fab. 10. 487.
lin. 20. Hamartol. in Joseph. Fab.
lat. 2. 369. Euseb. pa. 6. Sync. 49. b. 50.
bis. 54. c. 55. a. c. 56. e. 57. a. 58. c. 64. c.
84. d. 96. e. Castorum 185. d. 199. b. bis. 246. b.
Fragm. Fab. 6. 506. 494. Meurs. Bi-
bl. Graec. Lambec. VII. 222-224. Fab. 12.
780. lin. 11. nisi spectant ad eum de quo
ib. 779. 12. 124. lin. 2. 594. lin. 26.
De heres. Praedestin. 468. 501. a.
Sexti nomen Meur. 7. 902. not. col.
2.
Var. lect. ad pag. 293. b. edit. Pa-
ris. Castor. Fab. 6. 494. Fab. 2. 596. not. b.
ad Cap. 46 Span. 192. Cap. 1. ib. 249.
Cap. 75. 76. Cange.
Chronic. fragm. Nicolai 3. 244. not.
2. Fab. 10. 487. lin. 20. Le Quien
3. 594. Mai Philo p. xxxix. lin. 1.
Chronograph. Lib. 3. Fab. 6. 38. incert.
6. 139. 160. 178. 205. 6. 758. 9. 842.
Lib. 3. Fab. 6. 178. Lib. 5. 6. 178. 8. 758.
incert. Ado 345. b. Bed. 112. init
Lib. 5. Basil. 3. 61. e. Canis. 4. 203.
incert. ib. 202. med. circ. bis. Lib. 5. Ill.
256. incert. Bed. 2. 111. circa fin.
Lib. 5. Hieron. 4. 690. c. Bed. 2. 104. med.
Ado 319. b. simul et c. incert. ib. 319. e. 348.
c. Bed. 108. Init. bis. Lib. 5. 63. 2. 4. 1240. d.
Aetas Fab. 6. 160. 178. 205. Canis.
4. 211. Zonar. 471. a.

Chronic. Lib. quinq. complecteba-
tur Fab. 6. 178. usque ad Anto-
nin. progrediebatur. ib. Josephum
in compend. redigebant. ib. citatur
Bonc. 2. 419. Isidor. 3. 232. Ado
297. b. 344. e. commendatur Bed.
3. 492. Lib. citatur Fab. latin. 3.
70. init. Hieron. 2. 251. b.

Casti citantur Fab. 6. 188. 9. 426.
Meurs. 10. 550. a. Meurs. 11. 420. f.
Fab. 12. 312. 2. 571. init. Bandini 2.
21. not. 2. adhuc vidend. cum 163. nu-
m. 14.
Fragm. Commentar. in Matthaeum
Fab. 7. 772. 787. Le Long. 2. art.
Julius African. (ubi de fragm. quod
est in Bd. Paris. Colleg. J. J. 45.)
Julius Syrus. Quien 3. 594.
African. a Castor. auctore distinct.
Meurs. 11. 226 a. Basnage. ...
Liber est Castorum. 7. qui extat. Fab.
5. 271. lin. 10. Meur. 7. 902. not.
col. 2. init.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE

B.R. 342. 20

Giacomo Leopardi

2 piccole schede autografe; tra le pp. del ms.
In Julium Africanum ... Deuta et scriptis Sexti Julii
Africani annotationum - (segnato) B.R. 342. 20

1838. N°. 20.

B. R. 342

In Julium Africanum Jacobi Leopardii Recanatensis Comitis Lucubrationes.

Manca la prima parte (vedi la Nota di Sinner nel 1° f° non numer.^to) il quaderno incluso comincia a pag. 49 e séguita fino alla pag. 87.

20 Luglio. 1870.

Dei MSS. Leopardiani, la prima parte del Giulio Africano, e più una terza parte contenente le Note sul medmo Autore, furono recuperate per cura del Sig. Comm. Correnti Ministro della Pub. Istruzione e del Bibliotecario della B. Nazionale Comm. Giuseppe Canestrini. Da Nota autografa del Sig. De Sinner rilevasi che egli fino dal 1837 aveva rimesso al Sig. Thilo e dipoi questi al prof. Haase, i quaderni mancanti. Nel 1858 il De Sinner cedette al Granduca i MSS. del Leopardi contenuti in questa Cassetta, lasciandovi la sopradetta Nota. Morto ultimamente il prof. Haase e posti in vendita i suoi libri e mss. il Bibliotecario della Naz. Fior. sull' invito del prefato Ministro acquistò questi quaderni che mancavano nei quali si tratta delle Op. di Giulio Africano, che erano stati posti in vendita dal Sig. Schletter Libraio a Breslavia, I Quaderni ricuperati sono Otto. Il Primo di pag. 37 contiene: De Vita et Scriptis Sexti Julii Africani. Sono in questo Quad. Tre Note volanti unite con uno spillo. Il Secondo di pag. 48, contiene: Africani Opera Varia. I quattro altri di pag. 169 contengono il Testo di G. Africano.

I 87 complessivamente Ti Terzo

Julius Africanus

Introductio

[illegible] — Januar [illegible]

Cfr Codex Vaticanus Cestorum.

De Vita, et Scriptis Sexti Julii Africani Commentarius.

§. I.

Africani nomina, et Patria.

Sextus Julius Africanus, simplici licet Africani nomine a veteribus communiter designari soleat, Julius tamen dicitur ab Eusebio in Chronico, ab Hieronymo, Isidoro Hispalensi, Adone, aliisque, ne dicam de Cestorum inscriptione, in qua Julius itidem Africanus adpellatur. Gentile igitur nomen, et cognomen Scriptoris nostri habemus, Julium nempe, et Africanum. Prænomen dabit Suidas. = Ἀφρικανὸς, ait ille, ὁ Σέξτος χρηματίσας = Africanus, dictus Sextus. = (Suidas, Lex. art. Ἀφρικανὸς.) En Africani praenomen, Sextum scilicet. Rectissime animadvertit Lambecius, (Lami 499.) Sextum Julium Africanum unam, eamdemque personam esse, nec duos ex eodem Scriptore viros esse fingendos, Sextum nempe, et Julium Africanos. Non illud tamen praetereundum, legi apud Suidam: Σέκτος, non: Σέξτος, ideoque Valesio (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 6. Cap. 31.) in mentem venisse, rectius apud Sui eumdem scribi posse: Κέστος = Cestus =, quo nomine ob conscriptum Cestorum opus, dictum fuisse Africanum haud improbabile duxit ille, cum et Clemens Alexandrinus ob edita Stromata, Στρωματεὺς dictus fuerit, et Hermas ob scriptum Ποιμένα, Pastoris nomen tulerit, et Gregorius Magnus ob elucubratos Dialogos, Dialogus cognominatus fuerit, et Joannes Scholasticus ob conscriptum Paradisi Κλίμαξ, Climacus, et auctor Christianae Κόσμου Topographiae, ab illo opere, ut suspicantur eruditi, Cosmę nomen acceperit. Sed hoc Valesii cogitatum,[+] etsi ingeniosum fatear, verum tamen esse non crediderim. Nam, ut taceam quod si opinionem illam probaremus, Κεστεὺς, potius quam Κέστος scribendum nobis esset apud Suidam, illud sane non praeteream, alibi quoque apud eumdem, Sexti nomine Africanum adpellatori, (Suidas, Lex. art. Σωσάννα. Till. not. 1.) quod non observatum Valesio; rem tamen quantum fieri potest, conficere videtur.

[+] quod et Labbè (Labbè, De Scriptor. Ecclesiast. Tab. 2. 597.) placuisse video,

§. II.

Africani Patria.

Quanam ex gente oriundus fuerit Africanus, nemo e veteribus diserte dixit, pręter Suidam, (Idem, l. c. art. Ἀφρικανὸς) qui eum ex Lybia ortum ait. Basnage, (Basnage, Thesaur. Monument. Ecclesiast. et Histor. Observation. in Anon. Collection. Chronologic. §. 2.) dum Suidae testimonio adquiescit, Scriptorem nostrum, ex eo quod ex Africa esset oriundus, Africanum dictum ~~esse~~ fuisse addit. Ego sane, quemadmodum Suidae testimonium falsi convici non posse fateor, ita ejus auctoritatem, minimam hac in re esse et nulli faciendam autumo. Vix enim dubito, quin Auctorem nostrum ex Africa ille ortum dixerit, eo quod Africani nomine ~~ipse~~ fuerit adpellatus. Et fuerunt re quidem viri, nomine pariter, ac genere perinde ac nomine Africani, quemadmodum Africanus ille episcopus, qui Carthaginiensi Concilio, contra Pelagium, Cęlestiumque hęreticos, sub Innocentio I. p Pon=

tifice habito, interfuit; ut patet ex inscriptionibus, quas Epistola Episcoporũ Africae ad Innocentium, atque hujus ad easdem responsio praeseferunt. Africani quoque Martyris, qui sub Decio Imperatore cum Terentio, Pompejo, et sociis in Africa passus est, memoriam celebrant Martyrologia, quarto idus Aprilis, atque habentur eorum martyrum Acta apud Surium, aliosque. Sed Africanus, Romanorum quoque nomen fuit, postquam Scipio ille magnus, illud hoc debellatę Africae μνημόσυνον obtinuit. Africani cognomentum Gordiano seniori ~~[illegible]~~ inditum fuise autumabant nonnulli, = non quod in Africa imperare coepisset, sed quod de Scipionum familia originem traheret, = inquit Capitolinus, qui deinde de Gordiano filio loquens haec ait: = Siquidem argumento ad probandam generis qualitatem alii hoc esse dixerunt, quod Africanus, Gordianus Senior appellatus est, cognomine Scipionum. = ✝ Africani duo ~~quidam~~ bis consules sub Trajano ~~fuit~~ fuerunt, alter ~~semel~~ quidem cum Crispino, alter ~~semel~~ vero cum Trajano Cos. VI. ~~vel VII.~~ (Ronc. 144. lin. 7. t. 2.) Bis Consulem ~~eum~~ fuisse ~~dixi, eo quod~~ Equidem in incerti Auctoris Chronico, sive Consulum Catalogo veteri, quẽ e Cęsareo Codice vulgavit D. Thomas Roncaglia in secunda ~~veta~~ Collectionis vetustiorum latinorum Chronicorum parte, numero IX. ~~haec legerim~~ legitur: = Africano, et Crispino..... Trajano VI. et Africano II. = ✝ Alii, ut Cassiodorus, Cuspiniani Anonymus, auctor Chronici Paschalis, et ille, qui Idatius vulgo dicitur, Africanum cum Trajano, II. Consulem fuisse expresse hand notant, et duos Africanos, alterum, qui cum Crispino consulatum gessit, dictum praenomine Cajum, gentili autem nomine Julium; alterum, qui Consul cum Trajano ~~Consule~~ fuit, cui T. Sextii nomina adsignantur, recte distinguuntur ~~distingui~~ ~~video~~ in Fastis Consularibus, ✝ Africanus alius, ~~at~~ eodem, quo noster, tempore vixit, et Consul fuit anno Christi 236. Hunc absit quod cum Africano nostro confundam. Idem fortasse cum Africano illo, qui cum ~~Trajano~~ Crispino Consulatum gessit, existimari debet Julius ille Africanus, ✝ Orator vat celebris, Quintiliano laudati, qui ejus meminit, (Quintilianus, Institut. Orator. Lib. X. Cap. 1. Lib. 12. Cap. 10.) ~~coaevum~~. (Fab. lat. 1. 547. 5. 271.) coaevus. ~~Non alius ab isto fortasse fuit Africanus Comicus, cujus mentio occurrit in Scholiis veteribus ad Horatium: = Praetextatas et togatas (Comoedias) scripserunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Melissus, Afranius, Africanus, Pomponius. =~~ (Fab. lat. 1. 273.) ~~Africanum Oratorem~~ Hunc ~~commemorat~~ memorat etiam auctor Dialogi de caussis corruptę eloquentiae, sive de Oratoribus, Capite XV. ~~Hunc~~ eumque se vidisse scribit Quintilianus, ✝ ~~sed~~ Julium quem ~~[illegible] Africanum = e Santonis Gallica civitate =~~ ~~[illegible]~~ sub Tiberio capitis damnatum scribit Tacitus. ~~[illegible] jam senem modo idem [illegible] [illegible], qui sub Tiberio adcusatus [illegible] etiam damnatus fuit, [illegible] Tacito.~~ (Tacitus, Annal. Lib. 6. Cap. 7.) ✝ ~~Hic porro non ex Africa, sed ex Gallia oriundus fuisit, ut diserte scribit Tacitus: = Tractique sunt in casum eumdem Julius Africanus e Santonis, Gallica civitate, Sejus Quadratus: originem non reperi. = Attamen cum non dicat Tacitus, hunc poenam, qua damnatus fuerat evasisse, probabilius fortasse videbitur, cum~~ fuisse ~~Africani Oratoris~~ patrem. ~~fuisse~~. (Tiraboschi utrumque confundit) Pactum, et (Idem, Histor. Lib. IV. Cap. 41.) et Sextium Africanos, quorum uterque (Idem, Annal. Lib. XIII. Cap. 19. Lib. XIV. Cap. 46.) quorum uterque sub Nerone vixit, commemorat Tacitus. In indice Jurisconsultorũ veterum, Pandectis Florentinis praemisso, memorantur Ἀφρικανοῦ Quaestionon βιβλία ἐννέα. Hunc Africanum, eumdem cum Sexto Caecilio Juriscon-

[Left margin notes:]

✝ Julius Antonius Africanus, ~~quem Fabium vocat Cassiodorus~~, sub Augusto anno X. ante Christi nativitatem cum L. Fabio Maximo Consulatum gessit.

✝ quasi unicus sub Trajano Africanus, bis Consul ~~fuerit~~ fuisset; sed Africani duo, ut dixi,

✝ quos edidit Stampa. Titi illius Sextii meminit Phlegon. (Phlegon, de mirabil. Cap. 25. p. 107. t. 7. Meur. Til. Empereurs.)

+ Plinio juniori memoratus, (Plinius junior Epist. Lib. 7. ep. 6.) nepos Julii alterius Africani,

+ Hinc patet eum diversum fuisse (etsi Tiraboschi utramque confundat) ab Julio illo Africano = e Santonis Gallica civitate = quem

✝ Hujus patrem fuisse censet vir doctus C. Julium Africanum Libertum, ut ille quidem existimat, C. Julii Octaviani Augusti, ab eoque Santonis civitate donatum, cujus mentio fit in inscriptione Muratoriana. Filios Africanum iterum quinque saltem habuisse idem vir doctus autumat, quorum primus fuerit Fidus Africanus Augusti altera Libertus in Muratoriana inscriptione, ~~[illegible] quam Veronense Museum repraesentat~~ commemoratus; secundus, Africanus ~~anno aetatis XIV~~ Fidi frater, anno aetatis ✝ XIV. vita func-

tus, cujus mentio occurrit in eadem inscriptione; tertius Julius Africanus sub Tiberio damnatus, idem, ex laudati viri sententia, cum C. Julio Africano, cujus nomen in Veronensis Musei inscriptione legitur; quartus, C. Africanus Capito, quem ex Muratoriana inscriptione flaminis munere functum ~~fuisse~~ constat; quintus denique L. Julius Africanus, qui ex inscriptione, in Tridentino colle, qui nunc = Dos = dicitur, ubi quondam fuit Verucae castellum Cassiodoro memoratum, (Cassiodorus, Var. lib. 3. Ep. 48.) anno 1813. effossa, nobis innotescit. Ea autem inscriptio, quam ~~ad~~ Augusti tem[pore] saeculo ~~referendam esse~~ laudatus vir doctus pluribus ~~adserere~~ vindicare contendit, hujusmodi est. (Ea describatur eadem eurythmia qua hic subjecta est, nam sic in marmore reperitur. Giornale Italiano 1813. n. 234. p. 940. n. 229. p. 919.)

MERCVRIO
Q. IVLIVS
AFRICANVS
V. S. L. M.

Africani cujusdam liberti notitiam nobis suppeditat ~~[illegible]~~ Inscriptio Gruteriana, pertinens ad Caracallę tempora. (Gruter. p. 1108. num. 6. ita Giornale Ital.) Africani Comici mentio occurrit in Scholiis veteribus ad Horatium: = Praetextatas et Togatas (Comoedias) scripserunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Cn. Melissus, Afranius, Africanus, Pomponius. = Africanum quemdam divitem, et pecuniae captatorem perstringit Martialis in Epigrammate. (Martialis, Epigram. Lib. 12. Epig. 10.)

[Notes in the column:]

+ nisi respexerit Isidorus ad Scipionem Africanum, quem paulo postea laudat. Extat denique fragmentum metricum incerti auctoris de M. Aurelio Africano Musico a Bonada editum: (Collect. Pisaur. tom. 4. 462.) et memoratur M. quidam Laelius Africanus in inscriptione, quam in museo Veronensi edidit Maffei. (Giornale ital. Maffei p. 294. num. 7. ital. idem Giornale.)

✝ Valesius, (Valesius, ad Euseb. Hist. Eccl. Lib. 6. Cap. 31.) Cousin, (Cousin, avertissement préposé à l'Hist de l'Eglise par Eusebe.)

sulto, cujus meminit Gellius, (Aulus Gellius, Noct. Attic. Lib. XX. Cap. 1.) existimant, praeter Cujacium, qui ejus Fragmenta illustravit, (Fab. 12. 321. not. Heinec. 316. not.) Reinold, et Heineccius. (Heineccius, Histor. Jur. Civil. Rom. et German. Lib. I. Cap. 4. §. 306.) Africanum, Pannoniae secundae Rectorem, virum disertum, et causarum in urbe defensorem adsiduum, Valentiniani jussu peremptum memorat Ammianus Marcellinus. (Ammianus Marcellinus, Histor. Lib. 15. Cap. 3. Lib. 29. Cap. 3.) Ad hunc, vel ad Julium Africanum Oratorem supra laudatum, referendum fortasse est fragmentum istud, quod servavit S. Isidorus Hispalensis: (S. Isidorus Hispalensis, Origin. Lib. II. Cap. 21.) = Ut est illud Africani: „ Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas „ = + Ex tot igitur Africanis nemo, aut saltem non nisi ~~uti~~ pauci ~~omnes~~ ex Africa ortum habuerunt, indeq. id quod erat ostendendum patet, Africani nempe nostri nomen, patriam ejus minime prodere. Forte etiam, quę acutissimi Tillemont (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Not. sur Jule Afric. Note I. Qu' il peut avoir écrit des Cestes étant encore payen.) conjectura est, Sextum Julium Africanum ideo Libycum fecit Suidas, quod eum cum Sexto antiquiore Sceptico Philosopho, quẽ revera Libycum fuisse putavit, oscitanter confuderit, etsi ~~de hunc~~ quoque Sextum seorsim commemoraverit. Porro Africanum nostrum, philosophum ~~[illegible]~~ vocat Suidas. ✝

De ejus igitur patria adhuc investigandum est, quam in Libya quaerendam non esse mihi persuadeo. Equidem si conjecturis uti vellemus, ea nobis in Palęstina statuenda videretur. Et sane, ibi eum quam diutissime versatum esse dubitare non possumus. Ait ~~se~~ revera Africanus ipse apud Syncellum, se ~~in~~ maris mortuai mirabilia plurima observasse, quę singillatim recenset. Terebinthum, sub quo Jacobus idola Mesopotamiae sepelivit, adhuc suo tempore extitisse refert idem apud Syncellum, et Pastorale ejusdem Jacob tentorium, Edessae servatum scribit, ~~a~~ usque ad Antonini Heliogabali tempora, cujus sub imperio, illud fulmine dejectum addit. Praeterea, quod maxime notandum, pro Nicopoli, quę olim Emmaus dicta est, Palęstinae civitate, legatione ad Heliogabalum functus est Africanus, atque ab eo instaurationem urbis obtinuit. Quod cum animadverterent, illudque, quo Julius noster functus est munus, ~~a~~ civis potius, quam hospitis esse arbitrati, Nicopolim Africani patriam fuisse, docti viri complures existimarunt, imo eum Nicopolitanum diserte, et sine ulla dubitatione adseruerunt ✝ Cardinalis de Fleury, (De Fleury, Hist. Eccl. ~~Lib~~ Liv. VI. §. 8.) et Fabricius, (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. 5. Cap. 1. §. 32.) ut de aliis taceam. Attamen nihil certo statuere licet, ~~cum~~ nec legatio, qua pro Nicopoli, sive Emmaunte functus est Africanus, patriam ejus satis manifeste designat. Pari ratione, Aristidem Oratorem ~~Ad~~ Hadrianensem, qui Smyrnae terremotu eversae, a Marco Aurelio Antonino, et Commodo instaurationem obtinuit, dignusque a Smyrnensibus habitus est, quod statua illi poneretur, cum inscriptione: Σμύρνης οἰκιστῇ = Smyrnae conditori; = Smyrnensem nonnulli e veteribus existimarunt; qui et nos in errorem induxissent, nisi certam de vera ejus patria notitiam alia ~~nobis~~ suppeditassent. Inde cautiores facti a statuenda Africani patria prudentius abstinebimus. Eum tamen Asianum fuisse, tum ex

Giulio Africano è citato insieme con Varrone da Gio. Lido nel principio del libro de magistratibus.

Julii Africani quae supersunt, nella B. Patrum del Gallandi Tom. 2. Consistono nell'Epistt. ad Origene e ad Aristide e in alcuni frammenti della Cronografia raccolti dal Sincello, dalla Prep. ev. e Dimostr. ev. d'Eusebio e da S. Basilio. Il tutto con note del Goar dello Scaligero, del Valesio, del Viger, del de la Rue editore di Origene; pochissime del Gallandi, se pur ve n'è alcuna. Nei prolegomeni al detto tomo v'è un Capitolo sopra Giulio Africano che può meritare d'esser veduto. Vi si riporta un piccolo passo pubblicato dal Montfaucon Collect. nov. patr. Paris. 1706. t. 2. da una Catena ms. ~~(mi pare)~~ della Bibl. regia di Parigi in Joannem (se non erro); nel qual passo si dice semplicemente che Atanasio e Africano parlarono della sepoltura d'Adamo. Nella medesima Bibl. Patr. sono ancora gli Atti di S. Sinforosa dall'ediz. torinese del Ruinart, con prolegomeni copiati dal medesimo; e il primo libro della Collez. storica e cronologica Basnagiana attribuito ad Africano, secondo l'ediz. Labbeana, conferita qua e là colla Canisiana e colla Cangiana, sotto il titolo di Anonymi Chronicon, con prolegomeni da vedersi, nel principio del tomo.

I Cesti d'Africano si citano una volta specificatamente un'altra implicitamente (se pur quivi non s'ha riguardo alla Cronica) nella Ἐξήγησις sull'Iliade di Omero ~~pub~~ di Gio.

Tzetze pubblicata per la prima volta dall' Hermanno insieme con Dracone περὶ μέτρων Lips. 1812. 8.vo in greco. V. quivi l'indice degli autori.

Il Poliziano nelle Miscellanee, libro (o capo) 15, cita quel luogo dei Cesti di Africano che parla dei Sibariti.

Fatemi il piacere, caro Conte Leopardi, di rimandarle domattina di buonissim'ora.

Vostro Servo

Romani

ris, [illegible] ex iis omnibus, quae de ejus vita comperimus, [illegible]

§. III.

Africani aetas.

Secundo jam exeunte saeculo et tertio ineunte, Africanum vitam [illegible] est quam ut rationibus, et veterum testimoniis demonstrare [illegible]. Quo tamen aetate maxime floruerit, haud supervacuum erit investigare. Risum quidem movent quae habet Godefridus Viterbiensis in saeculi duodecimi scriptor, qui in praefatione ad Pantheon, sic Chronicorum [illegible], ait se usum esse auctoritate Julii Africani, = qui prima Cronica conscripsit sub Marco [illegible] - vixerat vir bonus, Africanus scripsisse sub Marco Antonino [illegible] philosopho, quem [illegible] pro Antonino Heliogabalo sub quo vixit Africanus, oscitanter [illegible]. Marcum igitur cum dixisset, de Marco Crasso cogitavit. Ita et = sub Marco Bruto, vel: = sub Marco Antonio = scripsisset, si horum nominum prius meminisset. Africani aetatem ad seriora justo tempore rejecerunt, praeter alios + Hermannus Contractus, (Hermannus Contractus, in Chron.) qui loquens de junioris [illegible] imperio ad annum 240. ait: = Hoc tempore Julius Africanus Chronographus [illegible] clarus habetur. = Similiter et Zonaras [illegible] de duobus Gordianis, patre, et filio loquutus esset, (Zonaras, Annal. Lib. XII. Cap. 17.) τότε δὲ, ait, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο = tunc autem Africanus quoque historicus claruit. = Multo rectius Syncellus, (Syncellus, Chronograph.) ad Pertinacis, et Severi temporis, Africani aetatem [illegible] scribit. ὁ Ἀφρικανὸς, ait ille, ἱστορικὸς Χριστιανὸς ἤκμαζεν = Africanus Christianus historicus florebat = Syncellum sequutus est Cedrenus, qui de Pertinace loquens, (Cedrenus, Histor. Compend.) ἐπὶ τούτου, ait, ... ἦν... καὶ Πορφύριος ὁ φιλόσοφος, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ Χρονογράφος = Sub hoc.... vixerunt... Porphyrius philosophus, qui contra Christianos scripsit, et Africanus Chronographus. =

+ Beda, Ado Viennensis, et

§. IV.

Africani Epistola ad Origenem.

De Africani aetate aliquid distinctius indicare videtur ejus Epistola de Susannae historia ad Origenem scripta. Ab hujus inscriptione, Origenes, [illegible] nomine Africanum compellat [illegible] Deo [illegible], Origene seniorem existimarunt, praeter alios + (Bellarminus, Bellarminus, de Scriptor. Ecclesiastic. saec. III.+) Fleury, (Fleury, Hist. Eccl. Libr. VI. [illegible] 4.) Tillemont, (Tillemont, Mem. pour servir à l'Hist. Eccl. Jules Africain, Historien Ecclesiastique)+ Natus est autem Origenes juxta Auctorem Chronici Paschalis, anno 187. juxta Tillemont, (Tillemont Le même, l. c. Origene Prestre et Confesseur Art. 2. et Not. sur Origene Note 1. Qu'il est né en l'an 185.) aliosque, anno 185. Africanum rescripsit Origenes, dum Nicomediae versaretur, ut ipse in epistola sua testatus est. In Graeciam bis ille iter instituit est, primum nempe, anno 228. secundo autem, [illegible] post annis. Ad pri horum itinerum pri=

+ [illegible] viri docti, inter quos
+ De Jul. Afric.
+ De la Rue.

mum ejus ad Africanum epistolam refert Tillemont, (Le même, l. c. Origene Prestre et Confesseur art. +) quam ad secundum potius iter remittendam [illegible] [illegible], a. de la Rue. Ex horum utitur sententia, mutuae Africani, et Origenis epistolae circa annum 240. exaratae fuerint, quas juxta Tillemont, anno 228. conscriptas ensit Tillemont. Porro, in epistola ad Africanum, ait de la Rue, = narrat in Origenes, se ingenti labore Hebraici textus, et LXX. Interpretum varias [illegible], aliarumque collatione [illegible], [illegible] causa varias omnes editiones examinavisse. Quod si Hexapla sua indicare voluit quibus edendis manum admovit postquam sextam editionem, [illegible] Epiphanio teste, anno Alexandri Severi septimo, id est Christi 228. reperit, non potuisse videtur hoc eodem anno tam arduum tamque immensum opus Hexaplorum concinnasse atque edidisse. = Haec de la Rue, ex quibus merito sibi videtur colligere, Origenis epistolam ad secundum ejus in Graeciam iter rejiciendam esse. Sed Origenis verba si quis accuratius expenderit, facile cognoscet, id tantum ex iis deduci posse, Origenem ipsum magnam variarum lectionum copiam, ex pluribus multis editionibus congestam amplissimi aedificii materiam, in promptu habuisse, non vero Hexaplorum opus, quod aggressus erat, jam cum scriberet absolvisse. Id tantummodo de Septuaginta[illegible] [illegible] sermone dicere videtur Origenes, nec inverisimile est primum scripturae librum quoad unicam alteram Septuaginta interpretatione [illegible] translationem, ab ipso jam eo tempore recognitam. Taceo quod Epiphanii auctor testimonium, cui tota nititur [illegible] de la Rue argumentatio, [illegible] non caret [illegible] eodem loco ait Epiphanius, Origenem [illegible] annos octo, et viginti, post [illegible] persecutionem, dum Tyri commoratum, Hexaplis concinnandis vacavisse, quod falsum est [illegible] tionem ne [illegible] annis vixit Origenes. [illegible] octo, et viginti Tyri agere non potuit. Porro si demus Africanum annis [illegible] Origene seniorem fuisse, ejusque nativitatem [illegible] anno 170. [illegible] 70. nec [illegible] Origenem [illegible] daevum idest, eo tempore, Christianis praesertim hominibus [illegible], confidenter dilectum fratrem, sine ulla submissionis [illegible] [illegible] quod videre est [illegible] epistola ei. XI. juxta editionem supra laudati eximii viri, Caroli de la Rue. Nec puto quempiam dubitaturum quin post annum 170. statuenda non sit Africani nativitas, nam si [illegible] Origenes [illegible] aetate [illegible] hunc, re- potuit? [illegible] Syncellum [illegible], qui Africani Chronographiam [illegible] auctoris aetatem [illegible], accuratius evolvi, [illegible] annum 170. Africani nativitatem ponemus. Ab eo enim anno usque ad Pertinacis imperium, sub quo [illegible] scriptorem nostrum floruisse ait Syncellus, anni excurrunt duntaxat tres, et viginti, qua potissimum aetate Africanum viguisse, et praecipuam doctrinae famam obtinuisse, nemo credet. Probabilius igitur censeo, non diu post annum 160. Africanum in lucem exiisse; mutuas autem ejus, et Origenis epistolas ad primam [illegible] fectionem in Graeciam referendas puto, existimo esse, idest, ad annum circiter 228. [illegible] Tillemont, [illegible] potius quam Hexapla [illegible] Epistola ad Africanum,+ [illegible] notae de la Rue.

+ [illegible] not sur Origene not. 9. [illegible] fait [illegible] Hexapl. [illegible]

+ historiae non congrue=re =

Qua occasione scriptae fuerit epistolae de Susannae historia, ipse docet Africanus initio epistolae suae. Interfuerat ille cuidam disputationi, ab Origene habitae cum heretico cuius nomen ex Origenis responsione, Bassum [illegible] esse cognoscimus. [illegible] inter disputandum Susannae historiae, tamquam canonicae, auctoritatem Origenes adlegasset, hanc se pro apocrypha habere, Africanus eo tempore dissimulavit, ne disputationis cursum abrumperet, et arma haeretico praebere videretur. Absoluta autem disputatione, cum discessisset Origenes, Africanus, datis ad eum litteris, quae etiamnum extat, Susannae historiam apocrypham omnino esse variis argumentis demonstrare contendit. Rescripsit Origenes, Africani objectiones prolixa epistola diluens et Susannae historiam valide propugnans. Modestiam vero, + et comitatem quae sive in objiciendis, sive in dissolvendis argumentis uterque se gessit [illegible] omnibus [illegible] opinionis diversitatem in [illegible] proponendam, una celebrant pii viri. Africanum Hebraicae linguae notitiam habuisse ex epistola eius colligi posse notat [illegible] (Le Nain, [illegible] Jule Afric. Histoire Eccl. [illegible])

[illegible] epistolae, quae nunc sub Africani nomine habetur, [illegible] dubitare non licet, [illegible] reperiantur, quae veteres in Africani epistola legerunt. Hanc his verbis memorat Eusebius: (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 31.) Ἐπιστολὴ τούτου Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νόθου, καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. = Extat ejus epistola, ad Origenem scripta, in qua Susannae historiam, quae apud Danielem legitur, spuriam et confictam esse conjicit. Ad eam plurima respondit Origenes. = Ejusdem epistolae meminit et Hieronymus (cf. Hieronymus, Catal. Script. Eccles. Cap. 63.) cujus haec sunt verba: = Hujus est epistola ad Origenem [illegible] super quaestione Susannae, eo quod dicat in Hebraeo hanc fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraica etymologia ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι: contra quem doctam [illegible] scribit Origenes. = De epistola ipsa haec habet Photius: (Photius, Biblioth. Cod. 34.) Οὗτος καὶ πρὸς Ὠριγένην γράφει, περὶ τοῦ κατὰ Σωσάνναν διηγήματος, ὡς οὐκ ἦν αὐτὸ ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς ἀναγνωσμένον, καὶ ὡς οὐκ ἀκόλουθον τῇ ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ οὔτε τὸ, ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι· ἃ καὶ ἐπιλαβόμενος Ὠριγένης, ἀντέγραψεν = Hic scripsit etiam ad Origenem, de historia Susannae, quod in Hebraeorum libris non legatur, quodque nec cum Hebraica etymologia conveniat illud, ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι et ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι: Quae diluenda sumens Origenes, ad Africanum rescripsit. = Suidas de Africano agens (Suidas, Lex. art. Ἀφρικανός.) κατὰ τούτου, ait, ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιὴλ = Contra hunc scripsit Origenes, Susannae historiam, quae in Danielis libro habetur, propugnans. = Similiter et alibi, (Idem, l. c. art. Σωσάννα.) κατὰ τοῦ Ἀφρικανοῦ Σέξτου, inquit, ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιὴλ = Contra Sextum Africanum scripsit Origenes, Susannae historiam, quae apud Danielem legitur, ab ejus objectionibus vindicans. = Recentiores praetermitto, ut Nicephorum (Nicephorus, Hist. Eccl. Lib. V. Cap. 21.) et Gobelinum Personam, qui epistolae Africani ad Origenem meminit in Cosmodromio. (Gobelinus Persona, Cosmodrom. aetat. VI. Cap. 10.) Trithemius quoque memoratur Africani = ad Origenem de Susanna librum unum. = (de [illegible]) et Freculphus idem, (Freculphus, Chron. tom. [illegible] Lib. III. Cap. 8.) = hujus, inquit, est epistola ad Adamantium super quaestione Susannae, eo quod dicat eam in Hebraico fabulam haberi, nec convenire cum Hebraico: contra quam, epistolam doctam scripsit Adamantius. = Ubi pro: = fabulam haberi =, patet legendum esse: = fabulam non haberi. =

§. V.

Africani itinera.

Chronographiam suam nonnisi ultra annum [illegible] perduxisse Africanus, ideoque ad Heraclam videndum, qui postea Alexandriae episcopus fuit, antequam ad Origenem de Susannae historia scriberet [illegible] eum [illegible] in Chronographia ipse meminerit. Idem testatur Eusebius, cuius verba haec sunt, quae sequuntur: (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 31.) ἐν οἷς (Χρονογραφικῶν βίβλοις) φησὶν ἑαυτὸν πορείαν στείλασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην, ὃν ἐπὶ λόγοις φιλοσόφοις καὶ τοῖς ἄλλοις ἑλλήνων μαθήμασιν εὖ μάλα διαπρέψαντα, τὴν ἐπισκοπὴν τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐγχειρισθῆναι ἐδηλώσαμεν = In quibus (Chronographiae libris) se Alexandriam profectum testatur, propter [illegible] Heraclae famam. Hunc philosophicis [illegible] cum primis [illegible] Alexandrinae [illegible] episcopatum [illegible] supra [illegible] [illegible] Africani iter [illegible] II. imperii loquens: (Ado, in Chronic. Breviar.) = Julius Africanus inter scriptores ecclesiasticos clarus habetur. Qui in Chronicis suis refert, se Alexandriam venisse, Heracleae opinione celeberrima provocatum, quem et in divinis, et in philosophicis studiis, atque omnium [illegible] doctrina instructissimum fama loqueretur. = Eadem fere scripsit [illegible] in [illegible] de [illegible] aetatibus: = Julianus Africanus inter scriptores ecclesiasticos [illegible] habetur. Qui in Chronicis, quae conscripsit, refert se Alexandriam propter Heraclii opinionem celeberrimam provocatum, quem et in divinis, et in philosophicis studiis, atque omni [illegible] doctrina instructissimum fama [illegible] retur. = [illegible] ea occasione [illegible] venisset, ἱερὰν βίβλον, ut [illegible] quidam [illegible] comparavit, nam [illegible], [illegible] ipse in Alexandria [illegible] se scribit apud [illegible] (45. a.) καὶ τὴν ἱερὰν [illegible] βίβλον [illegible] Αἰγύπτῳ γενόμενος [illegible] = Sacrum [illegible] librum conscripsit [illegible] cum in Aegypto versarer [illegible] comparavi. = Parthiam quoque, et Phrygiam Africanum petiisse patet ex hisce ejusdem verbis, quae servavit Syncellus: ὡς δὲ ἔληξε τὸ ὕδωρ, ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη ἐ=

πὶ τὰ ὄρη Ἀραρὰτ, ἅ τινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ· τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας εἶναι φησίν. Εἶδον δὲ τὸν τόπον ἑκάτερον = Subsidentibus autem aquis constitit arca in montibus Ararat, quos in Parthia esse novimus, licet nonnulli Celenis in Phrygia eos esse dicant: quorum locorum utrumque vidi. = Edessam itidem Africanum profectum esse licet ~~ex~~ conjicere ex iis, quę cum de Cestis ejus sermo fuerit opportune observabo.

§. VI.

Legatio, qua Africanus pro Emmaunte, sive Nicopoli functus est.

+ Palestinę,

Pro civitate + quae ~~[illegible]~~ Emmaus ~~Emmaunti~~ olim audiit, deinde Nicopolis ~~appellata est~~, ad Heliogabalum legationem obiit Africanus, et voti compos dimissus est. Hoc diserte testatur Eusebius in Chronico ad annum Christi, juxta aliquot Codices, 224. juxta alios, quos magis probo, 221. (Tit.) = in Palestina Nicopolis, quę prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano, Scriptore temporum. = Rem confirmat Hieronymus. (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 63.) = Julius Africanus, ait ille, ..sub Imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quae postea Nicopolis appellata est. = Id igitur, quod adserui, manifestum est, et in re, de qua nunc loquendum, intricatissima, pro certo haberi debet. Equidem Syncellus non ab Heliogabalo, sed ab Alexandro Mammeae filio, Emmauntem, Nicopolim adpellatam fuisse dicit, et credi posset, innuit Tillemont, (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Not. sur Jule Afric. Histor. Eccles. Note III. Sur le retablissement de Nicople par Afric. en l'an 221.) legationem apud Heliogabalum gestam, nonnisi sub successore ejus Alexandro exitum habuisse ~~[illegible]~~; sed Syncelli recentis nimis scriptoris auctoritas, haud tanti facienda est.

Nunc quęrendum, quęnam fuerit illa Emmaus, pro qua legationem suscepit Africanus; quidnam hic ~~ab~~ Imperatorem petierit; utrum antequam Africanus pro ea legationem obiret, Emmauntis nomen, in illud Nicopoleos, urbs, qua de agitur, commutaverit.

Emmauntem nostram eandem esse cum illa, quam versus iter faciens cum duobus ~~[illegible]~~ cum discipulis, ~~in~~ post resurrectionem suam ingressus est Dominus, existimavit Syncellus: Ἐμμαοῦς ἡ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ κώμη, περὶ ἧς φέρεται ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, Νικόπολις ἐτιμήθη καλεῖσθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος, Ἀφρικανοῦ πρεσβευσαμένου, τὰς ἱστορίας ἐν πενταβίβλῳ συγγραψαμένου = Emmaus, Palęstinę vicus, cujus mentio fit in sanctis Evangeliis, Nicopoleos nomine ab Alexandro imperatore decoratur, legationem pro ea gerente Africano, qui libris quinque historias digessit. = ~~(Ad)~~ Nec aliter sensit Ado, qui de Heliogabali imperio loquens ait: = In Palestina Nicopolis, quae prius Emaus vocabatur urbs condita est, (haec est Emaus, quam Dominus post resurrectionem suam suo ingressu sanctificare dignatus

est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano, Scriptore temporum. = Ita ~~et~~ # Beda: (Beda, de sex aetat. mundi) = In Palęstina Nicopolis, quę prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente, Julio Africano, Scriptore temporum. Hęc est Emmaus, quam Dominus post resurrectionem, sicut Lucas narrat, suo ingressu sanctificare dignatus est. = Sed Haec isti, quibus ~~[illegible]~~ suffragatur ~~[illegible]~~ Hieronymus, in libro de locis Hebraicis ita scribens: = Emaus, de quo loco fuit Cleophas, cujus Lucas meminit Evangelista: haec est nunc Nicopolis insignis civitas Palaestinae. = Alibi itidem ait Hieronymus (S. Hieronymus, Epitaph. Paulae, Cap. 3.) = Repetito itinere Nicopolim, quae prius Emmaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophae domum in Ecclesiam (Paula) dedicavit. = # Cum his e recentioribus innumeri ~~senserunt~~, senserunt, inter quos + Tillemont, Cellarius, (Notit. Cellarius, Notit. Orbis Antiqui Lib. III. Cap. 13. §. 140.) Valesius. (Valesius, ad ++ Doleamus oportet doctissimorum virorum ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ passim laxius ~~[illegible]~~, e. operas has ~~[illegible]~~ de ~~hac~~ re commentationes ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ [illegible] futuras ~~[illegible]~~.

Tres in Palęstina civitates, ‡ ~~fuisse~~, Emmauntis nomine insignitas, prodidit [illegible], alteram, quae postea Nicopolis dicta est, alteram, cujus Divus Lucas meminit in Evangelio, tertiam, Tiberiadi proximam, ~~cujus~~ quã memorat Josephus. (Josephus, ‡ de bello Jud. Lib. IV. Cap. 1. p. 264. Martiniere. Cellar. not.) Emmauntem nostram, eam scilicet, quam Nicopolim deinceps appellarunt, ab illa quam post resurrectionem ingressus est Christus omnino distinguendam esse ostendit Reland ex veter. Palaestinae itinerario, ex Josepho, Talmudicis, atque ex ipso Hieronymo. (iid. ll. cc.) Emmaus nostra, ut patet ex Itinerario veteri Palęstinę Burdigalensi, sive Hierosolymitano milliaribus Romanis duobus, et viginti ab Hierosolymis distabat. Lyddae, Joppi, aliisque locis in campestribus sitis positis vicina fuisse colligitur ex Plinio. (Plinius, Hist. Nat. Lib. V. Cap. 14.) Josepho. (Josephus, ± de bello Jud. Lib. II. Cap. 20 Lib. III. Cap. 3. p. 206. 224.) et Hieronymo. (S. Hieronymus. Commentar. in Abd. vers. 19.) cujus haec sunt verba: = Qui autem habitant in Sephela, in Sephela, idest, in campestribus (Lyddam, et Emmaus, Diospolim scilicet, Nicopolimque significans) possidebunt Palaestinos. = Ex loci Emmauntis proximis montana Judaeae consurgere incipiebant, eodem teste Hieronymo. (Idem, Commentar. in Daniel. Lib. 1. ad Cap. 11. vers. 45. Not. ad Cellar.) = Quod veniens, ait ille, qui cum magna multitudine, ut conterat, et interficiat plurimos, figat tabernaculum suum in Apadno, juxta Nicopolim, quę prius Emmaus vocabatur, ubi incipiunt Judaeae provinciae montana consurgere. = In tribu Dan fuisse Emmauntem nostram, sive Nicopolim, ipse notat Hieronymus, ita scribens: (Idem, Commentar. in Ezechiel. Lib. XIV. ad Cap. 48. vers. 22. Not. ad Cellar. p. 472. lin. 2. ult.) = Septima (tribus) Dan usque Joppen, ubi sunt turres Hailon, et Selebi, et Emmaus, quae nunc appellatur Nicopolis. = Haec est igitur Emmaus, Nicopolis postea dicta, pro qua, legationem ad Heliogabalum ~~functus~~ obiit ~~est~~ Africanus.

Quid vero ~~ab~~ Heliogabal Imperatorem ille petierat, ~~haud~~ satis ~~[illegible]~~ aperte non indicat Eusebius. Quippe ~~ex~~ ejus verbis haud licet perspicere

Marginal notes:

jam ante Adone ~~scripserat~~

+ Adrichomius,

++ [illegible] Hist. Eccl. Lib. V Cap. ult.)

‡ sive vicos

‡ Antiquit. Jud. Lib. 18. Cap. II. 2.

* [illegible] Libro primo, (c. 9.) ex

± Antiquit. Jud. Lib. 14. Cap. 11. p. 716 [illegible]

[illegible] utram nova, Africano impetrante, urbs condita fuerit, an tantummodo Emmauntis civitas restaurata: ad hoc potius ex Eusebio deducendum esse ignat ex Hieronymo, qui Africanum pro instauratione Emmauntis, [illegible] munus suscepisse [illegible]. [illegible] jussu, Emmauntem [illegible] fuisse [illegible] Josephus: Josephus, [illegible] lib. II. cap. [illegible] Ἐμμαοῦς Οὐάρου κελεύσαντος, ἐπ' ἐκδικίᾳ τῶν τελευτησάντων, προενεπρήσθη ὑπὸ τῶν [illegible] = [illegible] etiam [illegible], ab ipso [illegible], ab incolis prius derelicta, concremata est [illegible]. [illegible] de iis, qui [illegible] occisi fuerant vindictam sumeret. – [illegible] quoque rem commemorat Josephus: [illegible], de bello [illegible] lib. II. cap. [illegible] Κατέφλεξε δὲ καὶ Ἐμμαοῦς, φυγόντων τῶν οἰκητόρων, Οὐάρου, [illegible] τῶν περὶ Ἀρειον, ἀποσφαγέντων. κελεύσαντος = Post incolarum fugam, exusta est Emmaus [illegible] propter [illegible] caesi sunt [illegible] correpti. = [illegible] igitur potest, Emmauntem incendio destructam, multoque quam antea debiliorem, [illegible] excitatam, nunquam ex obscuro, humilique statu, in quem inciderat emersisse, donec ab Heliogabalo [illegible] precibus [illegible], in pristinum splendorem restituta, ac Nicopoleos nomine donata fuerit. Sed minus verisimile est, duorum saeculorum spatium inter destructionem inter, et instaurationem intercessisse: immo ex Plinio, (Plinius, Hist. Nat. lib. V. cap. 14. et Josepho, (Josephus, de bello Jud. lib. II. cap. 20. lib. III. cap. 3.) contrarium omnino colligitur. Necessario igitur ad novas Emmauntis aerumnas recurrendum, quas reparaturus Africanus ad Heliogabalum missus fuerit.

Porro civitatem nostram nonnisi post eius instaurationem, Africano curante, factam, Emmauntis nomen in illud Nicopoleos mutasse puto. Hanc sententiam tuentur Eusebii, et Hieronymi verba, si in sensu, qui naturaliter obvius est, accipiantur. Equidem ait Sozomenus, (Sozomenus, Hist. Eccl. lib. V. cap. 21.) Emmauntem post excidium Hierosolymorum, a Romanis Nicopolim appellatam esse. Ejus haec sunt verba: Πόλις ἐστὶν ἐν Παλαιστίνῃ ἡ νῦν καλουμένη Νικόπολις. Ταύτην δὲ ἔτι κώμην οὖσαν οἶδεν ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων βίβλος, καὶ Ἐμμαοῦς προσαγορεύει. Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων νίκην, Νικόπολιν ἐνόμασαν ἐκ τοῦ συμβάντος οὕτως ὀνομάσαι = Urbs est in Palaestina quae Nicopolis hodie dicitur. Hanc, cum adhuc vicus esset, sacer Evangeliorum liber commemoravit, [illegible] Emmauntis nomine commemoravit. Post captam autem Hierosolymam [illegible] superatis, Nicopolim Romani vocaverunt[+], ex eventu illi loco nomen imponentes. Sed [illegible] erravit Sozomenus, Nicopolim confundens cum Emmaunte, cuius Divus Lucas meminit in Evangelio, ita, ni fallor, lapsus est, Nicopoleos nomen civitati de qua loquitur, a Romanis impositum dicens post excidium Hierosolymorum. Mirum profecto esset, si Sozomeni testimonium veritati responderet, Josephum in libris de bello Judaico, Emmauntem pluries, Nicopolim nunquam nominasse, Plinium que, (Plinius, Hist. Eccl. Lib. Nat. Lib. V. Cap. 14.) et Ptolemaeum, (Ptolemaeus, Geograph. Lib. V. Cap. 16.) civitatem illam, nonnisi veteri Emmauntis

nomine designasse, neglecta recenti, eoque tempore, celebriori denominatione [illegible] et Cedar, cum eo omnino nihilominus [illegible] vertit[+] [illegible] Eusebio Hieron.) quem sequutus est [illegible] Et si [illegible] lib. V. cap. [illegible], putans [illegible] Nicopolim suo [illegible] tempore tum conditam esse cum Aelia [illegible] est. = [illegible] tum ergo, [illegible] quando [illegible] Nicopolis [illegible] incepit. Neque enim pro vico [illegible] obiisset Africanus: ac [illegible] vici in [illegible] decernere [illegible] ad [illegible] nuncupare [illegible] aspirarent. = Sed hec [illegible] perperam exsumens Nicopoleos nomen [illegible] obtinuisse [illegible] post [illegible] omnino duo discipuli contendunt. Porro [illegible] nostra nobilis [illegible] civitas vertit ut constat ex Josepho, (Josephus, Antiq. [illegible] lib. XIV cap. [illegible]) qui [illegible] quatuor urbes a [illegible] [illegible] Γόφνα καὶ Ἐμμαοῦς = quarum potentissimae erant [illegible] et [illegible] = Hoc pro rem exposituri, [illegible] difficultates expandemus, quas Tillemont, doctissimus licet, ac vere [illegible] antiquitatis investigator, de Emmaunte, ab Heliogabalo restaurata [illegible] [illegible] implicasse videtur.

[illegible] Africanum ad Heliogabalo [illegible] imperatore, [illegible] restituendae [illegible] accepisse [illegible] e veteribus [illegible] primum [illegible]. Africanum tamen operi praefuisse [illegible] auctor [illegible] [illegible] verba [illegible]: [illegible] Νικόπολις ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς, [illegible] πόλις, [illegible] ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ προϊσταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ χρονικὰ συγγραψαμένου = [illegible] urbs Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur condita est legationem pro ea suscipiente, atque opus moderante Julio Africano, qui Chronica conscripsit. = Haec recta hujus loci versio est. [illegible] πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προϊσταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ [illegible] vertit [illegible]: = legationem pro ea obeunte [illegible] Africano. =

[+] tum vetus auctor recudeque ex [illegible] Villoisoni Episcopi [illegible] chstadiani, a Carolo [illegible] in quarto [illegible] Lectionum Antiquarum tomo, (Basnage [illegible]) atque ab Jacobo [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] Nicephori [illegible] (ap. 13.) tum

§. VII.

Africani fama.

[illegible] natum [illegible] a vero [illegible] esse supra [illegible] §. IV. [illegible] pro [illegible], quae anno, ut videtur [illegible] 222. [illegible] est [illegible] obiisse reperiemus. [illegible] Africanum [illegible] ipsi [illegible] Africani mor[illegible] sub [illegible] Alexandr. [illegible] diu post ejus necem statuenda videbitur. Qui auctorem nostrum sub [illegible] ano tertio vixisse dicunt, Ado Viennensis, et Beda, aliique [illegible] compertam habuerunt. Porro quecumque de Africano novimus, [illegible] illi tempore [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] putant [illegible] in sacra [illegible] libros, Africano [illegible] plures fuisse ait, qui hanc opin. tenuerunt)

[+] anno nam circa annum, ut videtur, [illegible] Origenem scripsit, immo,

Africani non frequens apud vetustiores mentio est. Eum tamen Scriptoris vere docti famam apud veteres obtinuisse liquet ex pluribus. Eusebius Africanum cum adlegat, οὐχ ὁ τυχὼν δὲ, ait, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. I. Cap. 6.) καὶ οὗτος γέγονε συγγραφεὺς = nec vulgaris hic auctor fuit. = Chronographiam [illegible] quanti fecerit Eusebius ex eo conjicere licet quod saepissime plurima illius operis loca fere ad verbum exscripserit in Chronico suo, ut videre est apud Syncellum. Neque ullus fere post Africanum fuit vetus Chronographus, qui non ejus auctoritatem adlegaverit, quoad ejusque operis de temporibus [illegible] superfuerunt. Africanum, sapientissimum non semel dicit Malalas; nobilissimum vocat Julianus Toletanus Archiepiscopus (S. Julianus Archiepiscopus Toletanus, Contra Judaeos Lib. I.) cujus haec sunt verba: = Septuaginta hebdomades 490. annos efficiunt. Septuagies enim septeni, 490. sunt anni, quas septuaginta hebdomadas aliqui a vigesimo anno regni Artaxerxis, quando erat octuagesimae, et tertiae Olympiadis annus quartus, computare incipiunt, et usque ad ducentesimam secundam Olympiadem, et secundum ejusdem Olympiadis annum, Tiberiique Caesaris annum decimumoctavum, supradictarum hebdomadarum numerum extendunt, volentes infra earumdem hebdomadarum numerum et natum Christum ostendere, et passum in fine septuagesimae hebdomadis approbare, sicut Africanus, scriptor nobilissimus temporum refert. = Respicit Julianus ad illum Africani locum, quem ex quinto Chronographiae libro Graece refert Eusebius in Demonstratione Evangelica, et latine Hieronymus in Commentariis in Danielem. Chronographicum Africani opus magnifice, immo praeter modum laudat auctor operis de duodecim Doctoribus, sive de luminaribus Ecclesiae, qui modo sub Hieronymi modo sub Bedae nomine prodiit, neutri tamen tribuendus est. (De luminar. Eccles. Cap XII. Doctor. Cap. 11.) = Julius Africanus, ait ille, cujus vestigium omnes Australes Orientales diligenter, unanimiterque in Danielis hebdomadibus investigant, universa temporum spacia cum omni peritia, rigidoque sermone construxit, et nulla omnium, quae scripta sunt per eum, in toto orbe unquam data est contradictio. = Nihil fere Africano honorabilius his, quae sequuntur Socratis verbis, quibus Aëtium + perstringit, eo quod Clementis Alexandrini, Africani, et Origenis libros neglexerit: (Socrates, Hist. Eccl. Lib. II. Cap. 35.) Οὕτω δὲ ἦν ὀλιγομαθὴς ὁ Ἀέτιος, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀμύητος, τὸ ἐριστικὸν δὲ κατωρθώκει μόνον, ὅπερ ἂν καὶ ἀγροικός τις ποιήσειεν, ὡς μήτε τοὺς ἀρχαίους τοὺς τὰ χριστιανικὰ λόγια ἑρμηνεύσαντας ἀσκηθῆναι, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς περὶ Κλήμεντα, καὶ Ἀφρικανὸν, καὶ Ὠριγένην, ἄνδρας πάσης σοφίας ἐπιστήμονας. = Adeo mediocri autem doctrina gaudebat Aëtius, sacrarumque litterarum imperitus erat, et contendendi scientia duntaxat instructus, quam et rusticus quivis adsequeretur; ut ne in studio quidem veterum, qui Christianae Religionis libros interpretati sunt, se ipsum exercuisset, atque Clementi, Africano, et Origeni, viris

+ haereticum

in omni doctrinae genere versatis, valedixisset. = Recentiorum de Africano sententias referre, longum esset, nec valde utile, cum hi ut plurimum, [illegible] de ejus operibus judicare potuerint. Nemo profecto fuit ex eruditis, qui deperdita Africani monumenta, Chronographiam praecipue, quovis pretio redimere se posse non peroptaverit.

§. VIII.

Africani Chronographia.

Primum e Christianis Africanum Chronica scribere adgressum esse, notat Isidorus Hispalensis initio Chronici sui. = Brevem temporum seriem, ait ille, per generationes, et regna, primus ex nostris Julius Africanus, sub Imperatore Marco Aurelio Antonino, simplici historiae stilo elicuit. = Alibi quoque ait idem auctor: (S. Isidorus Hispalensis, Orig. Lib. V. Cap. [illegible]) = quarum (aetatum) decursus, per generationes, et regna, primus ex nostris Julius Africanus, sub Imperatore Marco Aurelio Antonino, simplicis historiae stilo elicuit. = Isidorum exscripsit Ado Viennensis initio Chronicorum breviarii. = Brevem temporum per generationes, et regna, primus ex nostris Julius Africanus, sub Imperatore Marco Aurelio Antonino, simplicis historiae stilo elicuit. = Godfridus item pariter Viterbiensis in praefatione ad Pantheon ait = Julium Africanum prima Chronica = conscripsisse. Eodem, quo Africanus tempore, vel paulo postea, Chronologiam scripsisse traditur Hippolytus Portuensis Episcopus.

Magnum Africani opus Chronicum, quinque libris constabat, ut testatur Eusebius: (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 31.) τοῦ δ' αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε Χρονογραφιῶν ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα σπουδάσματα = Ejusdem Africani alii quoque numero quinque ad nos pervenerunt Chronographiae libri, diligenti studio elaborati. = Hieronymus pariter, (S. Hieronymus, Catal. Script. Eccl. Cap. 63.) Africani, ait, = quinque de temporibus extant volumina. = Syncello quoque Africanus dicitur, (Syncellus, Chronograph.) τὰς ἱστορίας ἐν πενταβίβλῳ συγγραψάμενος: (p. 286. a.) et Photio (Photius, Biblioth. Cod. 34.) τεύχη .. τοῦ βιβλίου πέντε = operis .. volumina quinque = fuisse traduntur. Canonis nomen operi suo Africanum dedisse censet Scaliger. (Ill. p. 254.) Illud, Ἱστορικὸν, vocat Photius. (Idem, l. c.) ἀνεγνώσθη Ἀφρικανοῦ Ἱστορικόν = lectum est Africani Historicon. =

Quousque Chronologiam suam perduxerit Africanus ex Syncello et Photio definiri potest. Ait Syncellus, Africanum, historiam suam usque ad Antoninum, Heliogabalum scilicet, deduxisse: ὥς φησιν ὁ Ἀφρικανὸς, ἕως τῶν χρόνων αὐτοῦ Ἀντωνίνου ἱστορήσας = quemadmodum ait Africanus, qui usque ad ejusdem Antonini aetatem, historiam produxit. = Alibi ait, Africanum, Grati Severiani, et Seleuci Consulatui annum mundi 5723. adsignasse. Totidem prorsus annorum spatium Africani Chronographia comprehendebat, teste Photio: (Idem, l. c.) ὅτε αὐτῷ, ὥς φησι, καὶ ἥδε συγγραφὴ συνετελεῖτο ἐτῶν οὔσα ͵εψκγʹ = quo tempore, ut ipse ait, opus illud absolvit, quod annos complectitur 5723. = Consules fuere Gratus, et Seleucus, Heliogabali

anno tertio, Christi anno 221. Manifestum est igitur Africani Chronographiam, quam ἀπὸ τῆς Μοσαϊκῆς κοσμογενείας initium sumpsisse auctor est Photius,+ usque ad annum Heliogabali tertium Christi 221. complexam esse. Nec obstat quod apud Photium legitur, nempe, ~~usq~~ Chronographiam suam usque ad Macrini imperium μέχρι τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων Βασιλέως βασιλείας, Africanum perduxisse. Nam procul dubio vel erravit Photius, vel librarius, ~~ma~~ ~~de Max~~ quod suspicatur Petau, (Petau, Var. Dissert. ad Auctar. Operis de Doctrina Temp. Lib. VIII. Cap. 2.) male Μακρίνου scripsit pro Μ. Ἀντωνίνου. Porro quod annos ~~17~~ a mundo condito ~~17~~ 5723. non usque ad Macrinum, sed usque ad tertium Heliogabali annum Africanus computaverit, igitur etiam ex temporum enumeratione quadam ad Africani mentem, ^elaborata^ quae in+ Chronici Eusebiani+ codicibus occurrit, et edita est ad calcem [illegible] [illegible], eidem Chronico praemissae. Ibi n.242. anni numerantur ab Adamo usque ad Diluvium, ~~sed~~ sed legendum: = 2262. = ut constat ex Syncello,# qui totidem annos Africanum ante Diluvium computasse scribit. Deinde ab initio mundi usque ad Salvatoris resurrectionem anni numerantur 5773. sed ex errore librarii, ^nam^ ex praecedentibus ~~enim~~ numeris summa colligitur annorum 5546. ~~g~~ Ab anno igitur ~~ss~~ mundi 5546. ~~in eadem~~ ~~suppu~~ usque ad imperium = Moricaviti = ut in eadem supputatione legitur, idest, M. Aurelii Aviti, sive Heliogabali, anni ibidem censentur 174. qui si addantur annis 5546. supra memoratis, fiet summa annorum ab ~~initio~~ ~~m~~ Adamo usque ad initium imperii Heliogabali ~~ss~~ 5720. His si anni ejusdem Heliogabali tres adjiciantur, Africanus ab initio mundi, usque ad Heliogabali annum tertium, annos computasse reperietur 5723. Inde id, quod supra dixi, egregie confirmatur, Africanum non usque ad Macrinum, sed usque ad ^annum^ Heliogabali tertium,+ ~~5723.~~ annos ^5723.^ numerasse.

+ temporum historiam,

+ pluribus

+ [illegible] partis

et auctore Chronici Paschalis,

+ Christi scilicet 221.

Bis Chronographiam Africanum edidisse putat Scaliger, ~~quod~~ cujus sententiam tueri videtur haec Syncelli verba: (p. 44. c.) ὁμοῦ πρώτης, καὶ δευτέρας δυναστείας μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη φνε. κατὰ τὴν δευτέραν ἔκδοσιν Ἀφρικανοῦ = primae, et secundae post Diluvium dynastiae anni summatim sunt 555. juxta secundam Africani editionem, = sive = expositionem. = Sed vocem illam δευτέραν delendam censebat Soar. Tillemont (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Jule Afric. Historien Eccles.) (nescio an et Scaliger) suspicatur Africanum, usque ad Olympiadem 247. qua Antoninus Caracalla imperare coepit, anno Christi 211. Chronographiam suam primum perduxisse, deinde vero eam usque ad annum 221. Heliogabali tertium continuasse.

Brevis quidem+ fuit Africanus, quod notant Isidorus, et Ado locis supra adlatis, non ita tamen ut de eo dici potuerit quod scribit Basnage: (Basnage, Thesaur. Monument. Ecclesiast. et Histor. Observat. in Anon. Collect. Chronolog. §. 2.) = brevitate laboravit maxima. = Porro cum ~~nihil~~ diligenter ἐπ' ἀκριβὲς opus ~~suo~~ illud

+ in Chronico

elucubrasse ait Eusebius, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. 31.) idque satis ostendunt fragmenta, quae ex eodem opere supersunt, ea praecipue, quae ex tertio, et quinto ~~ipsius~~ ^ii^ libro servavit Eusebius ^ipse^ in Praeparatione, et Demonstratione Evangelica. Nihil ~~memoratu~~ ^dictu^ dignum ^necessarium^ ab Africano fuisse praetermissum expresse dicit Photius, cujus haec sunt verba: * ἔστι δὲ σύντομος μὲν, ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων εἰς ἱστορηθῆναι παραλιμπάνων· ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μοσαϊκῆς κοσμογενείας, καὶ κάτεισι ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει ~~τὰ~~ καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ, μέχρι τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων Βασιλέως βασιλείας = Brevis est,+ sed nihil eorum, quae scitu necessaria sunt praetermittit. Orditur autem a mundi creatione, per Moysem explicata, atque et usque ad Christi adventum progreditur. Summatim quoque perstringit quae a Christi temporibus, usque ad Macrini Romanorum imperatoris regnum adciderunt. Ex his verbis colligitur, Africanum in narrandis iis, quae post Christi tempora evenerunt, breviorem fuisse quam in praecedentibus exponendis. Nihilo tamen minus eum Ecclesiasticae historiae Scriptoribus connumerat Sozomenus, initio historiae suae. (Sozomenus, Histor. Eccl. Lib. I. Cap. 1.) Καὶ ἄλλοι, ait ille, ταύτης ἐπειράθησαν (τῆς πραγματείας) μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνους, Κλήμης τε, καὶ Ἡγήσιππος ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν Ἀποστόλων διαδοχῇ παρακολουθήσαντες, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς, καὶ Εὐσέβιος ὁ+ Παμφίλου, ἀνὴρ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῶν παρ' ἕλλησι ποιητῶν, καὶ συγγραφέων πολυμαθέστατος ἵστωρ = Alii quoque id usque ad sua tempora praestiterunt, Clemens scilicet, atque Hegesippus, viri sapientissimi, qui Apostolorum aetati proxime successerunt; itemque Africanus historicus, et Eusebius cognomento Pamphili, vir tum in Divinarum Scripturarum, tum in Graecorum poetarum, scriptorumque [illegible] [illegible] studio versatissimus. = Porro Ecclesiasticam historiam a Christo usque ad sua tempora, libro Chronographiae quinto et ultimo totam complexus est Africanus, nam de passione Christi in eodem libro locutus est, ut constat ex fragmento, quod ex libro ipso profert Eusebius in ~~Praeparatione~~ ^Demonstratione^ Evangelica.

+ quidem,

+ ἐπίκλην

Chronographiam scripsit Africanus stylo simplici, ut ajunt Isidorus Hispalensis, et Ado, quorum verba superius exscripsi. Auctor libelli de luminaribus Ecclesiae, loco, quem supra itidem retuli,+ Chronica sua rigido sermone Africanum scripsisse ait.

+ §. VII.

[illegible] opere, quarto saeculo, praeter Eusebium usus est [illegible], (Basilius de Spiritu Sancto Cap. 29.) sexto item vel septimo Joannes Malalas sexto item vel septimo auctor Chronici Paschalis, septimo rursus Maximus Abbas, octavo Georgius Syncellus. Africanum deinceps adlegarunt etiam Suidas, [illegible], in ~~Lex~~ art. Ἰουδίθ. [illegible] 9. 842. et [illegible], sed neutrum [illegible] auctoris nostri Chronographiam vidisse. [illegible] Africanum laudat Cedrenus, et bis quidem Syncellum exscribit, semel vero eum adlegat, ut Clementem Alexandrinum sub Commodo floruisse probet, quod [illegible]

minus rectum est, nec ab Africano fortasse dictum fuit.

Chronographiam Africani ‡ latine versam fuisse, antequam Eusebii Chronicon Hieronymus interpretaretur, eique addita fuisse consulum nomina, et cum continuatione usque ad annum 252. ac deinde e usque ad annum 349. tandemque usque ad annum 362. indeque omnes veteres omnes Latinorum fastos derivatos esse censet Dodwell. (Dodwel, Diss. de Successione Pontif. Pearson posthumis addita. Tab. 263. Till. 255)

‡ aeve

§ IX

Africani Cesti.

Chronographiam, quae in Heliogabali anno tertio desinebant, e vestigio excepisse videtur non minus amplum Cestorum opus, quod Alexandro Mammaeae filio Africanum nuncupasse, Syncellum auctor est. Libris hoc opus constabat novem, si eidem Syncello fides; quatuordecim, si Photio credimus, (Photius, Biblioth. Cod. 34.) quatuor, et viginti si Suidas. (Suidas, Lex. art. Ἀφρικανός.) Photium vero, et Suidam conciliari posse arbitror, si apud illum legatur: κδ' pro: ιδ' vel apud hunc: ιδ' pro κδ'. quod magis probarem. Quid nam Cestorum opus complecteretur his verbis docet Syncellus: Ἀφρικανὸς τὴν Κεστῶν ἐννεάβιβλον τῶν Κεστῶν ἐπιγεγραμμένην πραγματείαν, ἰατρικῶν, καὶ φυσικῶν, καὶ γεωργικῶν, καὶ χυμευτικῶν περιέχουσαν δυνάμεις Ἀφρικανὸς ‡ τούτῳ προσφωνεῖ = Africanus libros novem, qui Cestorum inscribuntur, et Medicorum, Naturalium, Rusticorum Agrariorum, Chymicorumque virtutem exponunt, Alexandro isti nuncupavit. = Nec dissentit Suidas. Εἰσὶ δὲ (Κεστοὶ) ‡ Κεστῶν βιβλία, ὡς ... ἔχοντα ἐκ λόγων τε, καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γραπτῶν τινῶν χαρακτηρικῶν ἰάσεις τε, καὶ ἄλλοιων ἐνεργειῶν.

‡ Ἀλεξάνδρῳ

‡ ait ille,

Κεστούς, non aliter ac ‡ Στρωματεῖς, Varias, et amoenas lectiones, cum Fabricio (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. 24. § 7. in not.) exponi posse censeo. Κεστὸς dicebatur Zona Veneris acu picta, de qua Eustathius, (Eustathius, ad Homer. Iliad. Lib. 14. vers. 214.) et Hesychius in Lexico. Τῆς Ἀφροδίτης τοὺς Κεστοὺς ipse memorat Africanus in fragmentis, quae ex Cestorum opere supersunt, Capite 24. Sunt, qui Κεστῶν titulum ex loris pugilibus derivatum dicant, quibus pugiles, manus, et brachia ad feriendum im... solebant, quique Cesti, vocabantur, sive Caestus vocabantur, ut constat ex Virgilio, (Virgilius, Aeneid. Lib. V. vers. 401. 404.) aliisque. Pezron in libro, cui titulus: = Antiquité de la nation et de la langue des Celtes, = ait: = Cestu, ceinture du ventre. Ce mot vient du ... cest, qui signifie le ventre. = Quem locum cum adlegasset Andreas Norrelius in Epistola, quam edidit Lami Operum Meursii Volumine septimo, atque annula, et baltheos fuisse veterum militarium insignia animadvertisset, = Hinc, ait, conjecturam consequi possimus, Africanum respectu ad habitum illum militarem, suos libros de bellico apparatu Κεστῶν titulo insigniuisse, quos in aliis Codicibus Πολέμων παρασκευαὶ, et πρὸς ~~παρ~~ πολέμους παρασκευαί, immo etiam πολεμικῶν παρασκευαί, inscriptos fuisse accepi. = Sed Africanus non ~~modo~~ libros illos ‡ in quibus ~~egit~~ agebat de re militari, sed totum opus in quo de medicis, et physicis, et rusticis agrariis, Chymicisque loquebatur, Κεστῶν

‡ duntaxat libros,

titulo insignivit, ideoque Norrelii conjectura locum non habet.

Magnum Cestorum opus intercidit. Supersunt ex illis fragmenta quaedam, duos in libros distincta, quae sub Cestorum titulo circumferuntur. A capitibus constant 78. alias 77. quorum prima [illegible] ... fragmenta Africano tribuenda videntur, sequentia [illegible] ... ‡ ex Aenea Tactico manifeste desumpta sunt. [illegible] reliqua deinceps ad finem usque libri, inquit Boivin, horum fragmentorum solertissimus editor. (Boivin, ad Jul. African. Cest. Cap. 66.) non esse Africani, vel stilus ipse prodit, simplexque illud, et inornatum dicendi genus, a quo multum videtur abhorruisse is, qui prima hujus libri capita scripsit. Porro ea, vel saltem eorum partem ex auctore Africano longe recentiore petita esse, ut ex eo liquet quod Belisarii mentio fiat capite LXVII. alias ~~LVI~~ LXVI. Itaque persuasum habeo libros illos duos, qui Cestorum titulum praeseferunt, nihil aliud esse quam excerpta ex variis ex variis auctoribus atque ex Africano praecipue, de re potissimum militari; nec placet quod ... [illegible] Africanum semper ex Aenea Tactico tot capita ... [illegible] ... re militari agebat ... [illegible] ... aliisque Tacticis multa, ab ~~exscriptore~~, quae ad eamdem rem ~~explica~~ ... illustrandam facerent, ‡ adjuta fuisse. ‡ ~~Capite~~ ... ~~exscriptorem~~ ultimum, περὶ ... [illegible] ... quae extant in codice Colbertino 1996. et Heroni juniori tribuuntur a nonnullis. Id ut credam, subjungit viri doctissimus, facit stilus, et adverbium illud ὅτι, quod et hic, et apud Heronem juniorem initium est omnium sectionum. = Fragmenta illa, de quibus agitur, quae Cestorum titulo ... [illegible] ... non dubito quin revera ex Africani Cestis, quoad majorem illorum partem petita ... [illegible] ... quam in lucem publicam prodirent, plerique scriptores adduxerunt, ac praeter alios Isaacus Vossius, qui ... [illegible] ... fragmenta, sextum, et septimum Cestorum librum constituisse ait ... ut (Fab. 5. 271.) Nec aliter referre oportet quod apud Morhof. legitur, (Morhof, Polyhistor. Lib. I.) ... Holstenium nempe ... [illegible] ... habuisse manuscriptum. In Bibliotheca etiam Vaticana inter codices ... olim Christinae Suecorum Reginae fuerunt, extare fertur liber septimus Cestorum Julii Africani. ‡ Haec Cestorum excerpta tam adeo corrupta in manuscriptis ... reperta sunt, ut nacterus Latinum interpretem nactis ... [illegible] ... requirerint.

vulgo

‡ omnia, uno excepto,

‡ ab exscriptore

‡ Et prima quidem quatuor, et quadraginta Africani sunt. Sequentia quindecim, uno, ut minime dempto, ~~excepto~~, ex Aenea Tactico derivata esse modo animadverti. Alia deinceps tredecim a LXI. usque ad LXXIII. petita esse censeo ex Tractatu Tactico auctoris cujusdam incerti, et Christiani quidem sed antiqui, et valde adcurati, ut ait Bandini, (Bandini, Catal. Cod. Graec. Biblioth. Laur. Plut. 55. Cod. 4. num. 15.) manuscripto in Bibliotheca Laurentiana Codice, quo et triginta priores Cestorum sectiones, primae initio, et tricesima fine mutilae continentur: in eo enim Tractatu omnia illa tredecim Capita, quod a nemine hactenus obser- (ut tamen addam ipsum) vatum puto; diverso tamen ordine disposita, comparent. Cetera quae sequuntur barbaro ... Cestorum, ut ajunt, capita prorsus auctori debentur, excepto tantum

‡ secundo librorum in quos Cestorum ... ~~[illegible]~~ distributa ... [illegible] ... prodiit ... [illegible] ... VII. = teste Boivin.

[illegible] ... ex African ... [illegible] ... δυνάμεις ǫ complexus fuerat auctor, teste Syncello, pro certo habeo etiam ex eo constat, quod ... ex his fragmentis nonnulla in duobus ... supra memoratis, qui sub Cestorum titulo extant, ... [illegible] ... ni cujusdam Annalem (... συναγωγὴν ...) ... = Collectanea de rusticis operibus =, duodecim ... ex Democrito, Africano, Tarantino, aliisque ... (Photius, Biblioth. Cod. 163.) Quaedam de ... [illegible]

[illegible] ... ingens Latinos [illegible]

[illegible] Eusebii [illegible] Lib. VI [illegible] Ἀφρικανὸς [illegible] eodem tempore [illegible]

[illegible] Ἀφρικανὸς [illegible] Κεστοὺς [illegible] λόγοις [illegible]

[illegible] et revera in eorum excerptis [illegible] Africanus [illegible]

+ [illegible]

[illegible] VI [illegible] quorum [illegible] subscribit [illegible] Zonaras [illegible] Jacobus Sanare [illegible] historicos [illegible] quod vix credibile est [illegible]

+ [illegible] conversos.

+ Africanum [illegible]

[illegible] Hieronymus laudat, et historicum Photius noster [illegible]

‡ [illegible]

[illegible] Contra, [illegible] Vossius [illegible] Vossius de Histor. [illegible] Grabe [illegible] Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. III. [illegible] Lib. V. [illegible]

+ Lib. II. cap. 15

+ [illegible]

+ ausim.

[illegible] Jere omnino, nihil certo statuere, + illud sane adfirmabo [illegible] Eu

sebii codicem manuscriptum negare Valesium potuisse, qui verbis illis careret. De Africano, [illegible] [illegible] monumentis [illegible]

ptis. Atque fortasse [illegible] causa [illegible] quam multa [illegible] quam multa [illegible]

quam nec ipse [illegible] debendo [illegible]

tus enim locus [illegible] Africano tribui [illegible]

[illegible] codices, qui [illegible] exempla continent, non [illegible]

[illegible] et Africano [illegible]

[illegible] atque tum [illegible] manifestum facere. [illegible] veteres [illegible]

[illegible] Ecclesiae [illegible] apocryphis [illegible] Africani [illegible] erronea [illegible]

+ sive quis demum decreti illius auctor habendus erit,

[illegible] tum ad aliquod aliud opusculum, in quo [illegible] induxerit Africanus.

[illegible] expiens [illegible]

[illegible] XXIX [illegible]

+ Atque eo magis quod quendam Parthorum morem commemoret ipse auctor capite Cestorum IX.

[illegible] Εὐσέβιος [illegible] Αὔγαρος [illegible]

'Εδέσης κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ≠ = Africanus ait, Abgarum, virum sacrum, vetusto illi Abgaro nomine parem, Edessę hoc tempore regnavisse. = Jam in Excerptis Cestorum,* Enancari cujusdam Regis nomen occurrit, cujus filium Mannum vidisse se ait Africanus: Εἶδον καὶ αὐτὸς Ἐναγκάρου τοῦ Βασιλέως, Μάννου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ πολλάκεις πειράσαντος, ἐμοῦ ὑφηγησαμένου. Sed pro: Ἐναγκάρου = Enancari [illegible]: Ἀ[illegible]άρου [illegible] [illegible] Vero autem simillimum est Mannum, Abgari Edesseni regis filium, Edessae Africanum vidisse. Reapse magnae cujusdam venationis, cui et ipse; et Mannus interfuit, postea meminit Africanus, eaque apud regiam urbem acta videtur. Hisce argumentis, ex ipsis Africani operibus petitis, Cestorum γνησιότης quantum fieri potest adstruitur.

* ἱστορ. XXX supra laudato,

≠ vel Ἀγβάρου Abgari =,

[illegible] ad Africanum [illegible] praenomen [illegible]

Africanum Chronographum, cum Cestorum auctore eumdem putantes Tillemont, et Cavel, suspicati sunt, eum Cestos scripsisse dum cum adhuc Gentilium erroribus esset imbutus, etsi nemo e veteribus, eum antequam Christianus fieret, in Ethnicorum [illegible] [illegible] dixerit. [illegible] opinionem hanc minus [illegible] reddunt tum ea, quae dixi [illegible] Scaliano decreto, de veterum Christo tum id, quod ait Syncellus, Africanum nempe Cestos suos A inscripsisse Alexandro Imperatori, siquidem ex Africano ipso refert Photius, eum sub Macrino, cujus nomen pro illo Heliogabali perperam obtrusit, Chronographiam suam absolvisse. Christianum autem fuisse Africanum cum illam hoc scriberet, [illegible] ex fragmentis, quae ex eadem [illegible] supersunt, ideoque sub Alexandro, Heliogabali successoris tempore, ille Christianis sacris nondum fuisse initiatus dici non potest. Sententiam vero, de qua loquor, prorsus evertit hoc fragmentum, quod sub Africani nomine occurrit in Geoponicis: (Geoponica, Lib. XIV. Cap. 5.) Ἀμήχανον τραπῆναι τὸν οἶνον, ἐὰν ἐπιγράψης ἐν τῷ ἀγγείῳ, ἢ ἐν τοῖς πίθοις ταῦτα τὰ θεῖα ῥήματα: „ Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. Καλῶς δὲ ποιήσεις καὶ εἰς μῆλον οὕτω γράφων, ἐμβάλλων τὸ μῆλον εἰς τὸν οἶνον = Impossibile est vinum verti, si vasi, aut doliis divina haec verba inscripseris: „ Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus. *„ Egregie item facies, si haec in pomo posuer pomo scripseris, pomumque in vinum injeceris. = Christianus ergo fuit Africanus, cum Cestos scriberet, hoc enim fragmentum, nonnisi ex Cestis [illegible] depromi potuit. Equidem [illegible] Excerptorum ejusdem operis capite XXIV. ubi quasdam Gentilium fabulas commemorat Africanus, easque pro veris habere videtur; haec adnotat Boivin: = Puto Africanum, quum haec et similia scriberet, nondum Christianũ fuisse. = Sed haec ille numquam, arbitror, dixisset, si Historiae Chronicae Hesychii Milesii fragmentum legisset, a Meursio vulgatum, cui titulus: Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως. Ibi enim auctor, qui Christianus fuisse certis argumentis ostenditur, postquam praefatus esset, velle se πιθανὴν τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσι παραστῆσαι, inania quaedam et fabulosa Gentilium commenta tam serio, tamque diligenter exponit, ut ea pro certissimis habuisse videatur. Ea veterum de Christi agmine philologorum consuetudo fuit.

Boivin aiti 7. Fab. 6. 506. C. 15.

* etsi superstitionibus addictus,

Suspicatur etiam Tillemont, Julium Africanum, Cestos rectae rationi consentaneos, Sextum vero Africanum, [illegible] alios magicos composuisse, hosque respicere Suidam, sed huic conjecturae locum non esse patet ex iis, quę supra dixi. Caeterum, quod ait idem auctor minus [illegible] videri, Africanum, Scripturarum studio deditum, haud modicum vitae tempus, medicis, bellicisque rebus illustrandis impendisse, parum valet = quum magnus Grotius, inquit Norrelius, de Bello et Pace scripserit, licet in Codicem Sacrum docte non minus, quam operose commentatus fuerit. = Et possent ejus rei innumera exempla in medium adferri. *

§. X.

Africani Scripta deperdita, praeter Chronographiam, et Cestos.

Praeter magna Chronographiae, et Cestorum opera, alia quoque scripta confecit Africanus noster, quę parium fato interciderunt. Horum celeberrimum facile est illud, quod in forma epistolae ad Aristidem quendam elaboravit, ut eum, qui inter Matthaeum, et Lucam in genealogia Christi enarranda, esse videtur dissensum, componeret, atque utriusque mentem explicaret. Hujus epistolę ingens fragmentum, [illegible] cum alio minus prolixo, servavit Eusebius, (Eusebius, Hist. Eccl. Lib. I. Cap. 7.) qui alibi haec de illa loquutus est: (Idem, l. c. Lib. VI. Cap. 31.) Καὶ ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε, καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν· ἐν ᾗ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν Εὐαγγελιστῶν παρίστησιν ἐξ ἱστορίας εἰς αὐτὸν κατελθούσης· ἣν κατὰ καιρὸν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως προλαβὼν ἐξεθέμην = Alia quoque ejusdem Africani fertur epistola ad Aristidem, de discrepantia, quae inter Matthaeum, et Lucam in genealogia Christi reperienda esse videtur: in qua Evangelistarum consensum clarissime demonstrat, ex narratione quadam, cujus notitiam acceperat. Hanc jam antea in primo hujus operis libro opportune inserui. = Ejusdem epistolae his verbis meminit Hieronymus: (S. Hieronymus, Catal. Scrip. Eccl. Cap. 63.) = Extat ejus (Africani) ad Aristidem altera epistola, in quae super diaphonia, quae videtur esse in genealogia Salvatoris apud Matthaeum, et Lucam, plenissime disputat. = Eam alibi respicit idem Hieronymus dum ait: (Idem, Commentar. in Matth. Lib. I. ad cap. 1. vers. 16.) = Super hoc et Aphricanus temporum scriptor, et Eusebius Caesariensis in libris διαφωνίας Evangeliorum plenius disputarunt. = Ita et Augustinus dum [illegible] scribit: (S. Augustinus, Retractat. Lib. II. Cap. 7.) = Nam etiam nomen ejusdē mulieris, quae peperit Jacob [illegible] Josephus de priore marito Mathan, qui fuit pater Jacob, avus Joseph, secundum Matthaeum; et de marito posteriore Melchi, peperit Heli, cujus erat adoptivus Joseph, non tacuit Africanus. = Partem majoris fragmenti Epistolae ad Aristidem, ab Eusebio servati, latine ex Rufini versione refert Beda, (Beda, Exposit. in

Luc. Lib. I. Cap. 2^{10} ad Cap. 3. vers. 23. 24.) haec praefatus: = Sed hujus [illegible] quaestionis, Africanus de consonantia Evangeliorum scribens, apertissime solvit. = Eamdem epistolam laudat et Photius, (Photius, Biblioth. Cod. 34.) ita loquens: γράφει δὲ Ἀφρικανὸς (forte καὶ in al. edit.) πρὸς Ἀριστείδην, ἐν οἷς ἱκανῶς τὴν νομιζομένην διαφωνίαν παρὰ Ματθαίῳ καὶ Λουκᾷ, περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίας, σύμφωνον ἐπέδειξεν = Ad Aristidem quoque epistolam scripsit Africanus, in qua Matthaeum et Lucam, qui in ~~tiroe~~ [illegible] nostri stirpe referenda, invicem dissentire videntur, egregie inter se conciliavit. – [illegible] epistolam [illegible] innuere puto etiam haec Syncelli verba: (256. c.) ὃς (Ἀντίπατρος) ἦν ἀλλόφυλος Ἰδουμαῖος, κατὰ Ἰώσηππον, κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν, Ἀσκαλωνίτης, υἱὸς τινος Ἱεροδούλου καλουμένου Ἡρώδου τῶν περὶ τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος τεταγμένων ἐν Ἀσκαλῶνι = Qui (Antipater) juxta Josephum, alienigenus erat, ex Idumaeorum gente ortus; juxta Africanum vero, Ascalonites, filius Hierodouli cujusdam nomine ~~est~~ Herodis, ~~nomine~~ ex numero eorum, qui Apollinis fano Ascalone serviebant. = De Aristide, ad quem scripsit Africanus, nihil aliunde comperimus, longe enim recentior iste fuit Aristide illo Atheniensi Philosopho, qui Apologiam pro Christianis obtulit Hadriano Imperatori.

De septuaginta Danielis hebdomadibus praeter ea, quae in Chronico dixerunt, peculiare scriptum ~~opus~~ composuit Africanus noster. Cujus † operis, a nemine hactenus, quod sciam, e recentioribus, ~~observati~~ commemorati, ipse Africanus ~~[illegible]~~ diserte meminit in fragmento Libri Chronographiae quinti, quod servavit Syncellus: Ἰδίᾳ δὲ περὶ τούτων, καὶ ἀκριβέστερον ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδων καὶ τῆσδε τῆς προφητείας ἀνδεδείξαμεν = Sed verum de his da dedita opera † in libro de hebdomadibus, ac de prophetia ista diligentius disserimus. =

Opus de haeresibus Africanum conscripsisse, credet qui volet auctori Praedestinati, qui in titulo Libri primi haec ait: = Prior Hyginus, post hunc Polycrates, Africanus, Hesiodus, Epiphanius, Philaster, hi diversis temporibus diversas haereses pertexuerunt. = Rursus Africanum memorat idem auctor, Capite ejusdem libri LXXXIII. = Quam (haeresim) nec Epiphanius alicubi memoravit, nec Polycrates, nec Africanus, nec Hesiodus, qui Graeco sermone universas haereses describentes, volumina multorum condidere librorum. = Nescio tamen an Africani Chronographiam, potius quam peculiare opus de haeresibus, designare voluerit auctor ille.

Libros de sancta Trinitate, de circumcisione, de Attalo, de Pascha, de Sabbato, quos ab Africano scriptos, ait Trithemius, nemo ex veteribus commemoravit. † Et qui [illegible] conjunctum absit cum Africano [illegible] martyrem. ~~confundit~~. (Fab. Till: 258.)

In novos Scripturae libros Africanum [illegible] scripsisse [illegible] se videtur ex Origenem qui in epistola [illegible] nostra, cum auctor Caesareae Bibliothecam ~~[illegible]~~ condidit utpote πολλὰς διατριβὰς ἔχοντα ἐν ταῖς ἐξετάσεσι, καὶ μελέταις γραφῆς. Ait revera Hebedjesu: (Hebedjesu, Catal. Scriptor. Chald. Cap. 15) = Beati ~~Africani~~ Julii + Episcopi Emmaus extant Commentarii Novi Te-

Jacobus Philippus Bergomensis;

† vel Trithemium, vel eodem quo Trithemius tempore, in Supplemento Chronicorum, Libro VIII. haec de Africano scribebat: = qui inter caetera de [illegible] perpulchre conscripsit. Item de Pascha, deq. ~~circumcisione~~ sabbato, de circumcisione, de Attalo. = Ex eo [illegible] [illegible]

+ Aphricani

stamenti, et Chronicon: = et fragmentum Commentarii Julii cujusdam in Joannis Evangelium affert Moyses Bar-Cepha Syrus; (Moyses Bar-Cepha, Commentar. de Paradiso Par. I. Cap. 28.) atque aliud item fragmentum Commentarii Julii Africani in ~~nova~~ Vetus Testamentum, Graece extare refert Le Long (Le Long, Biblioth. Sacr. Part. II. Syllab. II. art. Jul. Afric.) in Codice 45. collegii Societatis Jesu Parisiensis. Gregorius Bar-Hebraeus in Horreo Mysteriorum, tum Julium, tum Africanum laudat, et in Commentariis Scripturarum, Africanum item [illegible] allegat [illegible] secus ac Dionysius Aaron Bar-Salibi Melitenensis Episcopus Amidae, qui in Commentariis super Scripturae libros, Africani Episcopi Emmauntis testimonio utitur. Etiam in Catena Corderiana in Joannem Julii cujusdam, qui Episcopus dicitur pericope ad[illegible]

Sed Africanum Episcopatus dignitate fungi [illegible] (Tillemont, Mem. pour serv. à l'Hist. Eccl. Jule Afric.) Historien Ecclesiastique [illegible] ab Origenes [illegible] [illegible] [illegible] erit. Potuisset tamen Africanus postquam ad eum Origenis epistolam accepit, ad eam dignitatem evehi, sed Eusebii + Hieronymi, Photii, Syncelli, aliorumque veterum ea de re silentium, numquam illum Episcopatu functum fuisse mihi persuadeant. Facile autem Africanus, qui Emmauntis instaurationem ab Heliogabalo impetravit, ejusdem urbis Episcopus [illegible] existimari potuit. Commentaria ejus in sacrae Scripturae libros Syriace versa extitisse, immo etiam adhuc [illegible], inversimile [illegible] [illegible] cum et regionem Syriae proximam incoluerit Africanus, et Syriacae linguae notitiam habuisse colligi possit ex his quae leguntur in Excerptis Cestorum, Capite IV: (Vales. ad Euseb. idem ex his verb. deducit) Σύροι δὲ καλοῦσιν αὐτὸν (θύρσον ὄφιν) βαδανηραθάν = Syri eum (Thyrsum serpentem) vocant Bathanerathan. =

+ Basilii,

§. XI.

Scripta, quae sub Africani nomine circumferuntur

Ex Africani monumentis una ad nos integra pervenit epistola ad Origenem, de [illegible] de qua supra dixi, §. IV. Caetera quae sub ejus nomine ~~circumfer~~ habentur, exceptis fragmentis sat multis, vel spuria prorsus sunt, vel saltem dubiae fidei.

Collectionis cujusdam Chronologicae, ex variis auctoribus compilatae a Fredegario, vel alio quovis, * ~~quod~~ parum interest, ~~[illegible]~~, liber a Canisio autem primum vulgatae in secundo Lectionum Antiquarum Tomo, Liber primus a Africani esse, sive potius excerpta ex ejus Chronographia continere visus est Vossio, (Vossius, de Histor. Lat. [illegible]) Sandio, ([illegible]) et Jacobo Basnage; (Basnage, Thesaur. monument. Eccles. et Historic. Observat. in Chronic. Collect. Chronologic §. 2. 3.), minus tamen recte ut liquet tum ex his, quae in notis ad hunc librum passim observavi, tum ex iisce, quae habentur in ejusdem libri Capite XVII: = Et a passione ejus, usque ad hunc annum, qui est XIII. Alexandri, anni CCVI. Fiunt igitur omnium anni ab Adam, usque ad XIII. Alexandri Imperatoris anni quinquies mille CCXXXVIII. = Etiam in Catalogo Imperatorum Romanorum, quod in Canisiana editione deest, et

* cujus nomen quaerere

[illegible] primum [illegible] a [illegible] † haec [illegible] decim, diebus novem. = Atqui Africani Chronographia in anno mundi 5723 Christi 221. Heliogabali tertio desinebat, ut supra ostendi, §. VIII. Ideoque li[illegible] quo [illegible] nullatenus pertin[illegible] [illegible]rum potius ad Hippolytum Portuensem Episcopum referendum esse pluribus ostendere nititur Du Cange in prefatione ad Chronicon Paschale, cujus sententia adhaesit Fabricius. (Fabricius, Biblioth. Graec. Lib. V. Cap. I. §. 25. 32.)

† [illegible] va manuscriptorum librorum,

† et Biblioth. m lat. med. et inf. etat. Lib. VI. [illegible]

[A]cta Symphorosae, et septem filiorum ejus, quae sub Africani [illegible] pervenerunt, primum edita a [illegible]mbritio, ob eam, qua [illegible]pti sunt simplicitatem, et brevitatem, sincera prorsus existimant [illegible] docti, inter quos Ruinart, et Tillement. Horum primus suspicatus est, Acta illa Africani Chronographiae inserta fuisse: sed minus verisimile videtur, auctorem nostrum, qui in exponendis iis, quae post Christi tempora eve[nerunt] adciderunt, brevior fuit quam in praecedentibus enarrandis, de quorumdam martyrum passione prolixe satis, et diligenter [illegible] se. Potuit ergo Africanus, Symphorosae, et filiorum acta seorsim scribere: sed quae ante eadem acta a veteri manu adnotata leguntur: = Eusebius historiographus memorat Africanum pene omnium de urbe regia, atque de tota Italia Christi martyrum res gestas conscripsisse =, haud video quomodo dici potuerint. Nihil enim hujusmodi apud Eusebium [illegible], et licet ea scribere potuerit Eusebius [illegible] in praecognitione aliqua, aut in Scholio ad suam Μαρτυρίων συναγωγὴν, vix tamen credibile est, auctorem illum, satis diligentem operum suorum laudatorem, ut ait Valesius, in † Ecclesiastica historia, quam post confectam Μαρτυρίων συναγωγὴν composuit, de scriptis ab Africano Italicorum martyrum Actis penitus siluisse. Neque enim adeo exiguum, adeoque vulgare, et parvi pretii fuisset illud opus, quod pene omnium Romae, et Italiae martyrum Acta complexum esset, ut ab Eusebio in Ecclesiastica historia, et ab Hieronymo prorsus negligi meruisset. Caeterum, [illegible] haud inverisimile videri posset † Africanum, curiosum historiae investigatorem, cum pro Emmaunte legatione fungeretur, Italiam profectum, de regionis hujusce martyribus diligentius inquisivisse.

† [illegible]

Fabulam de Abdiae Babylonici libris, ab Eutropio quodam in Graecum ex Hebraico, ab Julio autem Africano in latinum ex Graeco versis, eamque item, quae in eodem ejusdem Abdiae Libro VI. Capite XX. occurrit, de Cratonis cujusdam Apostolorum discipuli, libris Actuum Apostolicorum decem, ab Julio Africano in latinum translatis, reputavit Joannes Albertus Fabricius in Codice Apocrypho Novi Testamenti, parte III. Putaverat tamen Grabe, (Grabe, spic. Patr. ut et Haeret. sec. post Christ. nat. I. II. et III. sec. I. not. ad Jes. Christ.). in Libro Abdiae nono de gestis Thomae Apostoli, plura haberi deprompta ex Africani Chronographia.

[illegible]

Loca, quibus auctoris nostri mentio fit apud veteres, quo haec Africani [illegible], [illegible] vera versione donata, hic ante ejus scripta dare, opportunum censui. Veteres, intelligo Scriptores illos, qui ante saeculum decimum [illegible]. Syncelli, qui saepissime Africanum commemorat, loca plurima dedi inter fragmenta Chronographiae ejusdem Africani. Alia vero loca pene innumera, in quibus eadem repetit [illegible], [illegible] praetermisi [illegible] animadversione [illegible] digna sunt, inter haec Testimonia leguntur. Sunt et alia multa veterum loca, [illegible] referenda [illegible] tur inter Testimonia de [illegible] inter [illegible] erat.

† nonnisi pauca quaedam

De Sexto Julio Africano, ejusque scriptis

Veterum Testimonia

[illegible] Historiae Ecclesiasticae

Libro I. capite [illegible]

Ὡς δ' Ἀφρικανὸς, οὐχ ὁ τυχὼν δὲ καὶ οὗτος γέγονε συγγραφεὺς, φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες, Ἀντιπάτρου (υἱὸν Ἡρώδην) τοῦτον δὲ Ἡρώδου τινὸς Ἀσκαλωνίτου, τῶν περὶ τὸν νεὼ τοῦ Ἀπόλλωνος Ἱεροδούλων καλουμένων γεγονέναι.

Quemadmodum autem scribit Africanus, auctor et ipse minime vulgaris, ajunt qui de illo accuratius inquisiverunt, eum (Herodem) ab Antipatri (filium fuisse) Antipatrum vero Herodis cujusdam Ascalonitae, ex numero Hierodulorum, qui Apollinis templo inserviebant.

Idem loco citato Libro VI Capite 31.

Ἐν τούτῳ καὶ Ἀφρικανὸς ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεστῶν συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. Ἐπιστολὴ τούτου, Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀπορoῦντος ὡς ἂν νόθου, καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας. Πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα.

Eodem tempore clarebat Africanus, auctor operis, quod Cestorum inscribitur. Extat Hujus extat Epistola, ad Origenem scripta, in qua Susannae historiam, quae apud Danielem legitur, spuriam, et confictam esse conjicit. Ad eam plurima respondit Origenes.

Idem loco citato.

Καὶ ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε, καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν· ἐν ᾗ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν εὐαγγελιστῶν παρίστησιν, ἐξ ἱστορίας εἰς αὐτὸν κατελθούσης· ἣν κατὰ καιρὸν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως προλαβὼν ἐξεθέμην.

Alia quoque ejusdem Africani fertur epistola ad Aristidem, de discrepantia, quae inter Matthaeum, et Lucam in genealogia Christi reperiri esse videtur: in qua Evangelistarum consensum clarissime demonstrat, ex narratione quadam, cujus notitiam acceperat. Hanc jam antea in primo hujus operis libro opportune inserui.

Idem in Praefatione ad Chronicõ.

Moysen gentis Hebraeae, qui primus omnium Prophetarum ante adventum Domini Salvatoris divinas Leges sacris literis explicavit, Inachi fuisse temporibus, viri eruditissimi viri tradiderunt: ex nostris, Clemens, et Africanus, et Tatianus: ex Judaeis, Josephus, et Justus, veteris historiae monimenta replicantes.

Idem in Chronico Olympiade I.

Primam Olympiadem Africanus temporibus Joathan regis Hebraeorum fuisse scribit. Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit. Scribit autem Africanus, ut verba ejus ponam, ad hunc modũ: „Aeschylus, Agamestoris filius, apud Athenienses obtinuit principatum annis XXVIII. qua aetate Joathan regnabat in Jerusalem. Porro nos in prima Olympiade Joathan posuimus."

Idem loco citato anno Domini 220. Olympiade 249.

Avgarus, vir sanctus regnavit Edessae, ut vult Africanus.

Idem loco citato anno Domini 224. Olympiade 250.

In Palaestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum.

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Capite LXIII.

Julius Africanus, cujus quinque de temporibus extant volumina, sub Imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quae postea Nicopolis appellata est. Hujus extat epistola ad Origenem, super quaestione Susannę, eo quod dicat in Hebraeo hanc fabulam non haberi, nec convenire cum Hebraica etymologia ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι: contra quem doctam epistolam scribit Origenes. Extat ejus ad Aristidem altera epistola, in qua super διαφωνία, quę videtur esse in genealogia Salvatoris apud Matthęum, et Lucam, plenissime disputat.

Idem in Epistola LXXXIIII. ad Magnũ.

Extant et Julii Africani libri, qui temporum scripsit historias; et Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, viri apostolicorum signorum, atque virtutum; et Dionysii Alexandrini episcopi; Anatolii quoque Laodicenae Ecclesiae Sacerdotis; nec non presbyterorum Pamphili, Pierii, Luciani, Malchionis, Eusebii Caesariensis Episcopi, et Eustathii Antiocheni, et Athanasii Alexandrini; Eusebii quoque Emiseni, et Triphillii Cyprii, et Asterii Scythopolitae, et Serapionis Confessoris; Titi quoque Bostrensis Episcopi; Cappadocumque Basilii, Gregorii, et Amphilochii: qui omnes in tantum philosophorum doctrinis, atque sententiis suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem saeculi an scientiam Scripturarum.

+ Idem in Praefatione in Danielem.
(tom. 3. p. 20)

Audivi ego quendam de praeceptoribus Judaeorum, cum Susannae derideret historiam, et a Graeco, nescio quo, eam diceret esse confictam; illud opponere, quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has, ἀπὸ τοῦ σχίνου, σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι de Graeco sermone descendere.

+ Idem loco citato.

Asserit autem idem Apollinarius hanc se temporum capere conjecturã, (forte: non capere) quia Africanus scriptor temporum, cujus supra expositionem posui, ultimam hebdomadam in fine mundi esse testetur: nec posse fieri ut junctae dividantur aetates, sed omnia sibi juxta prophetiam Danielis, esse tempora copulanda

Idem Commentariorum in Danielem Libro I ad Caput 9. versiculum 24.

Africanus in quinto temporum volumine, de septuaginta hebdomadibus, haec loquutus ad verbum est.

Idem loco citato.

Haec Africanus eisdem verbis, quibus expressimus, loquutus est.

Idem Commentariorum in Matthẽu Libro I. ad caput I. versiculum 16.

Super hoc et Aphricanus temporum scriptor, et Eusebius Caesariensis in libris διαφωνίας εὐαγγελίων plenius disputarunt.

S. Augustinus Retractationum Libro II. Capite VII.

Nam etiam nomen ejusdem mulieris, quae peperit Jacob patrem Joseph de priore marito Mathan, qui fuit pater Jacob, avus Joseph, secundum Matthaeum; et de marito posteriore Melchi, peperit Heli, cujus erat adoptivus Joseph, non tacuit Africanus.

S. Eustathius Antiochenus in Commentario in Hexaemerõ.

Κλήμης μὲν οὖν, καὶ Ἀφρικανὸς καὶ πρὸς τούτοις Τατιανὸς· τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος, καὶ Ἰοῦστος, κατὰ Ἴναχον [illegible] τὸν θεσπέσιον Μωϋσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὑποσχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

Clemens igitur, et Africanus, et praeterea Tatianus, ex Judaeis vero Josephus, et Justus, Inachi tempore divinum Moysem floruisse dixerunt, propriam unusquisque ex veteri historia demonstrationem producens.

Socrates Historiae Ecclesiasticae Libro II. Capite 35.

Οὕτω δὲ ἦν ὀλιγομαθὴς ὁ Ἀέτιος, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀμύητος, τὸ ἐριστικὸν δὲ κατωρθώκει μόνον, ὅπερ ἂν καὶ ἀγροικός τις ποιήσειεν, ὡς μήτε τοὺς ἀρχαίους τοὺς τὰ χριστιανικὰ λόγια ἑρμηνεύσαντας ἀσκηθῆναι, πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς περὶ Κλήμεντα καὶ Ἀφρικανὸν, καὶ Τατιανὸν Ὠριγένην, ἄνδρας πάσης σοφίας ἐπιστήμονας.

Adeo mediocri autem doctrina praeditus erat Aëtius, sacrarumque literarum imperitus erat, et contendendi scientia duntaxat instructus, quam et rusticus quivis adsequeretur; ut ne in studio quidem veterum, qui Christianae religionis libros interpretati sunt, se ipsũ exercuisset, atque Clementi, Africano, et Origeni, viris in omni doctrinae genere versatis valedixisset.

Sozomenus Historiae Ecclesiasticae Libro I. Capite I.

Καὶ ἄλλοι ταύτης ἐπειράθησαν (τῆς πραγματείας) μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνων, Κλήμης τε, καὶ Ἡγήσιππος ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν Ἀποστόλων διαδοχῇ παρακολουθήσαντες, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς, καὶ Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου, ἀνὴρ τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῶν παρ' ἕλλησι ποιητῶν, καὶ συγγραφέων πολυμαθέστατος ἵστωρ.

Alii quoque id usque ad sua tempora praestiterunt, Clemens scilicet, atque Hegesippus, viri sapientissimi, qui Apostolorum aetati proxime successerunt; itemque Africanus historicus, et Eusebius cognomento Pamphili, vir tum in Divinarum Scripturarum, tum in Gentilium poetarum, scriptorumque aliorum studio versatissimus.

Gelasius I. Papa in Decreto de Apocryphis Scripturis

Opuscula Africani, apocrypha.

Praedestinatus Libro I. in titulo.

Prior Hyginus, post hunc Polycrates, Africanus, Hesiodus, Epiphanius, Philaster, hi diversis temporibus diversas haereses pertexuerunt.

Ibidem loco citato capite 5.

Quam (haeresim) nec Epiphanius alicubi [illegible], nec Polycrates, nec Africanus, nec Hesiodus qui Graeco sermone [illegible] haereses [illegible], voluminum [illegible] condidere librorum.

Joannes Malala Chronographiae Libro IV. +

Καὶ [illegible] ἐκείνου ἔρημος ἡ Ἀττικὴ καὶ ἀοίκητος, ἡ αὐτὴ χώρα (τῆς Ἀττικῆς) ἐπὶ ἔτη σο. καθὼς ἐν τοῖς Ἀφρικανοῦ ἐμφέρεται συγγράμμασιν.

[illegible] annos [illegible] deserta, et inhabitata mansit eadẽ (Atticae) regio, sicut in Africani scriptis [illegible]

+ Τὰ γὰρ τῶν Θηβῶν βασίλεια Ἀφρικανὸς ὁ χρονογράφος ἐξέθετο. (22. a.)

Thebanorum enim dynastias Africanus Chronographus recensuit.

Idem loco citato Libro III.

Chronicon Paschale (pagina 19 A.)

+ Ἐξακοσιοστῷ [illegible] τοῦ Νῶε, καὶ ‚βσξβ'. ἔτει γενέσεως κόσμου, ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τῆς γῆς. Τοσαῦτα δὲ μέχρι [illegible] καὶ ὁ Ἀφρικανὸς [illegible]γαγεν.

+ Ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἔτει τοῦ Σὴμ,

Anno [illegible] 600. mundi autem 2262. diluviũ in terram immittit. [illegible] ad illud usque numeravit Africanus.

Ibidem 81. Olympiade.

Ἐντεῦθεν οὖν Ἀφρικανὸς ἐξα[illegible] [illegible] ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων ἀριθμὸν

~~[illegible]~~ Hinc [illegible] [illegible] prophetia [illegible] memoratas numerare [illegible]

Ibidem 90. Olympiade

Ἐντεῦθεν Ἀφρικανὸς ἀριθμεῖ κατὰ τὴν τοῦ Δανιὴλ προφητείαν τὸν ἐτῶν ό. ἑβδομάδων ἀριθμὸν, συντείνοντα εἰς ἔτη υϟ.

Hinc Africanus computare incipit numerum, juxta Danielis prophetiam numerum annorum septuaginta hebdomadũ, idest, 490

Ibidem 250. Olympiade

Παλαιστίνης Νικόπολις, ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς, ἐκτίσθαι πόλις, πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ προϊσταμένου Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ χρονικὰ συγγραψαμένου.

Palaestinae urbs Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, condita est, legationem pro ea suscipiente, [illegible] atque opus moderante Julio Africano scriptore temporum.

[illegible] Hispalensis

in Praefatione ad Chronicõ.

Brevem temporum seriem, per generationes, et regna, primus ex nostris Julius Africanus, in sub Imperatore Marco Aurelio Antonino, simplici historiae stilo elicuit.

Idem Originum Libro V. Capite 38.

Quarum (aetatum) decursus, per generationes, et regna, primus ex nostris Julius Africanus, sub Imperatore Marco Aurelio Antonino, simplici historiae stilo elicuit.

S. Maximus in ad Scholiis ad S. Dionysii Areopagitae Epistolam VII. §. 2.

Καὶ Ἀφρικανὸς δὲ ὁ ἡμέτερος ἐν πέμπτῳ Χρονογραφικῶν, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν ταῖς αὐταῖς, μέμνηται τῆς αὐτῆς ἐκλείψεως.

Sed et Africanus noster in quinto Chronographiae libro, et Eusebius Pamphili itidem in Chronographia, ejusdem eclipseos meminerunt.

S. Julianus Archiepiscopus Toletanus De Demonstratione sextae aetatis Contra Judaeos Libro I.

Septuaginta hebdomades 490. annos constituunt. Septuagies enim septeni, 490. Sunt anni, quas septuaginta hebdomadas aliqui a vigesimo anno regni Artaxerxis, quando erat octuagesimae, et tertiae Olympiadis annus quartus, computare incipiunt, et [illegible] ad ducentesimam secundam Olympiadem, et secundum ejusdem Olympiadis annum, Tyberiique Caesaris annum decimumoctavum, supradictarum hebdomadarum numerum extendunt, volentes infra earumdem hebdomadarum numerum, et natum Christum ostendere, et passum in fine septuagesimae hebdomadis approbare, sicut Africanus, scriptor nobilissimus temporum refert.

Beda de sex aetatibus mũdi

Aetate ~~sexta~~ quinta, anno mundi 3389.

Eusebius in temporum libro, XXX. annos ab eversione Hierusalẽ, usque ad initium Cyri Regis Persarum, Julius autem Africanus LXX. cõputat.

Idem loco citato anno mundi 3423.

Anno autem secundo adventus sui, mense secundo, templi fundamenta jecerunt, anno incensionis ejus, juxta Africanum, LXXII. juxta autem Chronica Eusebii, XXXI.

Idem loco citato anno mundi 3496. (male ap. Bed. 3469. nam prius habet 3489. forte al. edit. 3499)

Quae autem post haec apud Judaeos sunt digesta, de libro Machabaeorum, et Josephi atque Africani scriptis [illegible] qui deinceps universam historiam, usque ad Romana tempora prosecuti sunt. Et quidẽ Africanus in quinto temporum volumine, hujus temporis ita meminit.

Idem loco citato aetate sexta, anno mundi 4170.

[illegible] vir [illegible] regnavit [illegible] Africanus

Idem loco citato anno mundi 4171.

In Palaestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano, scriptore ~~[illegible]~~ temporum. Haec est Emmaus, quam Dominus post resurrectionem ~~suam~~ suo ingressu, sicut Lucas narrat, sanctificare dignatus est.

Idem loco citato anno mundi 4197.

[illegible] qui in Chronicis, que conscripsit, refert se Alexandriam properare, Heraclae opinione celeberrima provocatum, quem et in Divinis, et in philosophicis studiis, atque omni Graecorum doctrina instructiss[illegible] fama loqueretur.

Idem Expositionis in Lucam Libro I. Capite X ad Caput III. versiculum 23. et 24.

Sed hujus nodum quaestionis, Aphricanus de consonantia Evangeliorum scribens, apertissime solvit.

Idem loco citato.

Haec Aphricanus his ipsis syllabis profert, excepto quod pro Matthat posuit Melchi, quia fortasse vel Codex illius sic habuit, vel in historia, in qua haec didicerat, eundem Matthat invenit esse synonymum.

Idem de luminaribus Ecclesiae Capite II.

Julius Africanus, cujus vestigium omnes Australes orientales di

[illegible] Eammaus [illegible] instaurast [illegible] temporum spacia, cum omni peritia, rigidoque sermone construxit, et nulla omnium, quae scripta sunt per eum, in toto orbe unquam data est contradictio.

+Ἀφρικανὸς ἱστορικὸς Χριστιανὸς ἤκμαζεν. — Africanus, Christianus historicus florebat.

Georgius Syncellus in Chronographia [illegible] mundi 5688. Christi 185. [illegible] +

Ἐμμαοὺς, ἡ ἐν Παλαιστίνῃ κώμη, περὶ ἧς φέρεται ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις, Νικόπολις ἐτιμήθη καλεῖσθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου αὐτοκράτορος, Ἀφρικανοῦ πρεσβευσαμένου, τὰς ἱστορίας ἐν πενταβίβλῳ συν[illegible]ταμένου.

Emmaus, Palestinae vicus, cujus mentio fit in sanctis Evangelüs, Nicopoleos nomine ab Alexandro Imperatore decoratur, legationem pro ea gerente Africano, qui libris quinque historias digessit.

Idem loco citato anno mundi 5715. Christi 215. (p. 288)

Ἀφρικανὸς τὴν ἐννεάβιβλον τῶν Κεστῶν ἐπιγεγραμμένην πραγματείαν, ἰατρικῶν, + καὶ [illegible], καὶ φυσικῶν, καὶ χυμευτικῶν περιέχουσαν δυνάμεις Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ προσφωνεῖ.

+ καὶ φυσικῶν,

Africanus libros [illegible] qui Cestorum inscribuntur, et Medicorum, Naturalium, Rusticorum, Chymicorumque virtutes exponit, Alexandro isti nuncupavit.

Ἀφρικανὸς, Αἴ[illegible] ἱερὸν ἄνδρα, τοῦ πε[illegible] +

+ [illegible]

[illegible] in [illegible] Chronicor. [illegible]

Breves temporum, per generationes, et regna, primus ex nostris Julius Africanus, sub Imperatore Marco Aurelio Antonino, simplici historiae [illegible]

Idem in Chronicorum [illegible] aetate quinta, anno mundi [illegible]

Eusebius in temporum [illegible], triginta annos ab eversione Jerusalem, usque ad initium [illegible] Julius autem [illegible] LXX. computat.

Idem loco citato anno mundi [illegible]

Anno autem secundo adventus sui, mense secundo, [illegible] menta jecerunt, anno [illegible] juxta Africanum, LXXII. juxta [illegible] Eusebii, XXXII.

Idem loco citato anno mundi 4[illegible] [illegible]

Quae vero post haec apud Judaeos sunt gesta, [illegible] Machabaeorum, et Josephi, atque Africani scriptis exhibentur, qui [illegible] universam historiam, usque ad Romana tempora persecuti sunt. Et quidem Africanus in quinto temporum volumine, hujus temporis ita meminit.

Idem loco citato aetate sexta, anno Christi [illegible]

In Palestina Nicopolis quae prius Emaus vocabatur [illegible]

dita est, [illegible] Emaus, quam Dominus post resurrectionem suam suo ingressu sacravit [illegible] est, legationis [illegible] pro ea suscipiente Julio Africano [illegible]

Idem loco citato anno Christi [illegible]

[illegible] Julius Africanus inter scriptores Ecclesiasticos nobilis habetur, qui in Chronicis suis refert se Alexandriam venisse, Heracleae opinione celeberrima provocatum, quem et in Divinis, et in philosophicis studiis, atque omni Graecorum doctrina instructissimum fama loqueretur.

+ Georgius Hamartolus in Chronico. ([illegible] edit. Hauvercampi inter Testimon.)
[Ex Cod. Barocc. 194. fol. 63. b.]

Ἰώσηππος ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ μείνας τυφλώττων, Κλήμης τε, καὶ Ἀφρικανὸς, καὶ Τατιανὸς· τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηππος, καὶ Ἰοῦστος, κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσῆν ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας παρασχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

Josephus, qui caecutiens in Judaismo perseveravit, Clemens item, et Africanus, et Tatianus; ex Judaeis autem Josephus, et Justus, Inachi tempore divinum [illegible] floruisse dixerunt, pro[illegible] veteri historia [illegible] ducens.

[illegible] in Bibliothecae codice [illegible]

Ἀνεγνώσθη Ἀφρικανοῦ ἱστορικόν. Οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τοὺς λεγομένους Κεστοὺς ἐν λόγοις συντάξας ιδ'. Ἔστι δὲ σύντομος μὲν, ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἱστορηθῆναι παραλιμπάνων. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογενείας, καὶ κάτεισι ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ, μέχρι τῆς Μακρίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βασιλείας, ὅτε αὐτῷ, ὥς φησι, καὶ ἥδε συγγραφὴ συνετελεῖτο, ἐτῶν οὖσα ͵εψκγ'. Τεύχη δὲ τοῦ βιβλίου πέντε. Οὗτος καὶ πρὸς Ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωσάνναν διηγήματος, ὡς οὐκ ἦν αὐτὸ ἐν τοῖς Ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον, καὶ ὡς οὐκ ἀκόλουθον τῇ Ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι· ἃ καὶ ἐπιλαβόμενος Ὠριγένης ἀντέγραψεν. Γράφει

Lectum est [illegible] Historicon. [illegible] Cestorum, ita enim [illegible] quatuordecim libros [illegible] est quidem, sed nihil [illegible] dictu necessaria sunt, intermittit. Orditur autem a [illegible] tione, per Mousem explicata, et usque ad Christi adventum progreditur. Summatim quoque perstringit quae a Christi temporibus usque ad Macrini Romanorum imperatoris regnum acciderunt, cujus tempore, ut ipse ait, opus ille absolvit, quod annos complectitur 5723 distinctumque est in tomos quinque. Hic scripsit etiam ad Origenem, de historia Susannae [illegible] Hebraeorum [illegible] ea non [illegible] quodque cum Hebraica etymologia minime conveniant illa; ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, et ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι: quae diluenda suscipiens Origenes, Africano rescripsit. Hic ad Aristidem [illegible]

δὲ Ἀφρικανὸς πρὸς Ἀριστείδην, ἐν οἷς ἱκανῶς τὴν νομιζομένην διαφωνίαν παρὰ Ματθαίῳ καὶ Λουκᾷ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίας, σύμφωνον ἔδειξεν.

quoque epistolam scripsit. in qua Matthaeum, et Lucam, qui in [illegible] [illegible] vicem dissentire videntur, egregie inter se conciliavit.

Geoponica ∡ in argumento Libri I.

Συνείλεκται δὲ ἐκ τῶν Φλωρεντίνου καὶ Οὐινδανιωνίου, καὶ Ταραντίνου, καὶ Ἀνατολίου, καὶ Βηρυτίου, καὶ Διοφάνους, καὶ Λεοντίου, καὶ ~~καὶ~~ Δημοκρίτου, καὶ Ἀφρικανοῦ παραδόξων, καὶ Παμφίλου, καὶ Ἀπουληίου, καὶ Βάρωνος, καὶ Ζωροάστρου καὶ Φρόντωνος, καὶ Παξάμου, καὶ Δαμηγέροντος, καὶ Διδύμου, καὶ Σωτίωνος, καὶ Κυντιλίων.

Collecta sunt autem (vel est) ex scriptis Florentini, Vindanionii, Tarantini, [illegible] Berytii, Diophanis, Leontii, Democriti, ex Africani incredibilibus, itemque ex Pamphilo, Apuleio, ~~Barone~~ varrone, Zoroastre, Frontone, Paxamo, Damegeronte, Didymo, Sotione, et Quintiliis.

Suidas in Lexico voce Σωσάννα.

Κατὰ τοῦ Ἀφρικανοῦ Σέξτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἐνστάσει ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ.

Contra Sextum Africanum scripsit Origenes, Susannae historiam, quae apud Danielem legitur, ab ejus objectionibus vindicans.

Hermannus Contractus in Chronico Aetate quinta, anno mundi 3369.

Eusebius in temporum libro, triginta annos ab eversione Hierusalem, usque ad initium Cyri regis Persarum, Julius autem Africanus 70. computat.

Idem loco citato anno mundi 3423.

Anno autem secundo adventus sui, mense secundo, templi fundamenta jecerunt, anno incensionis ejus, juxta Africanũ, 72. juxta autem Chronica Eusebii, 32.

Idem loco citato anno mundi 3529:

Quae vero post haec apud Judaeos sunt gesta, de libro Machabaeorum, et Josephi, atque Africani scriptis exhibentur, qui deinceps universam historiam, usque ad Romana tempora persequuti sunt. Et quidem Africanus in quinto temporum volumine, hujus temporis ita meminit.

Idem loco citato Aetate sexta, anno Christi 240.

Hoc tempore Julius Africanus Chronographus clarus habetur.

Georgius Cedrenus in Historiarũ Compendio.

Ὁ δὲ Ἀφρικανὸς τὴν πρώτην ἡμέραν [illegible] λέγει διὰ τὸ ἀδιάγνωστον εἶναι τέως τὸ πρωτο[illegible] φῶς, καὶ [illegible].

[illegible] concipi posse ait [illegible]

[illegible] loco citato.

Ἐνῶς γὰρ ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος, κατὰ [illegible] Ἑβραϊκὸν, [illegible] οὕτως ὁ Σωτὴρ, υἱὸς [illegible] ἀνθρώπου, κατὰ τὸν φιλίστορα λόγον Ἀφρικανοῦ.

[illegible] homo [illegible] juxta [illegible]

Idem loco citato.

Ἀλλὰ καὶ Πορφύριος ὁ φιλόσοφος, ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ χρονογράφος (ἐπὶ Περτίνακος ἦσαν.)

[illegible] Porphyrius [illegible] qui contra Christianos scripsit, et Africanus Chronographus (sub Pertinace vixerunt.

Joannes Zonaras Annalium Libro XII. Capit. 7

[illegible] δὲ καὶ Ἀφρικανὸς ὁ [illegible]γραφεὺς ἐγνωρίζετο.

Tunc autem [illegible]

[illegible]

[illegible] historias vero [illegible] habemus etiam [illegible] barem, Orosium, Hegesippum, Suetonium, Solinum, Julium [illegible] qui prima Chronica conscripsit sub Marco Crasso.

Notae.

(Pag. 26.) Φασὶν οἱ τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἀκριβοῦντες) Haec, et sequentia vertit Rufinus, quasi Africani verba essent. Sed ipsa Africani verba sequenti Capite refert Eusebius, hic vero alienam sententiam propriis verbis exponit.

Τοῦτον δὲ Ἡρώδου) Male ex Codice Regio Parisiensi edidit Robertus Stephanus: τοῦτον δ᾽ εἶναι πατέρα Ἡρώδου.

Ἀντιγράφει πληρέστατα) Quae deinceps de Africani Chronographia ait Eusebius, retuli inter fragmenta libri quinti ejusdem operis.

Mosen gentis Hebraeae) Graeca hujus loci verba servavit Syncellus. Sunt autem hujusmodi: Μωϋσέα γένος Ἑβραίων, προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοὺς πρὸ ἐξ ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι᾽ αὐτοῦ θεογνωσίας χρησμοὺς, καὶ λόγια θεία γραφῇ παραδεδωκότας, τοῖς χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ἴναχον, εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Ἀφρικανὸς, Τατιανὸς, τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς λόγου· τῶν ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος, καὶ Ἰοῦστος, ἰδίως ἕκαστος τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχὼν ἱστορίας.

(Pag. 27.) Aeschylus Agamestoris filius) Hoc Africani fragmentum, Graece ex Chronico Paschali suo loco exhibui.

> + apud Hieronymum,

(Pag. 28.) Haec loquutus ad verbum est) Sequitur latine+ ingens Africani fragmentum, quod Graece refert Eusebius in Demonstratione Evangelica.

> ‡ Hic pone notam ad pag. 29. quae est paulo infra sub signo ‡

‡(Pag. 30.) Brevem temporum seriem) Deest postrema vox tum apud Adonem, qui hunc Isidori locum descripsit, tum in Isidori Codice Caesareo.

Primus ex nostris) Minus recte Caesareus Codex: = primus noster. =

(Pag. 29.) ‡Καθὼς ἐν τοῖς Ἀφρικανοῦ ἐμφέρεται συγγράμμασιν) Respicit Malalas ad librum Chronographiae Africani tertium, ut patet ex fragmento, quod servavit Eusebius in Praeparatione Evangelica.

(Pag. 31.) Apud Judaeos sunt digesta) Postponendum ex Adone, et Hermanno Contracto, quasi hunc Bedae locum, sicut et multa alia, exscripserunt: = sunt gesta. =

Hujus temporis ita meminit) Sequitur apud Bedam ex Hieronymi versione pars fragmenti de septuaginta hebdomadibus, quod Graece exhibet Eusebius.

Haec est Emmaus) Perperam hic Beda, quem secuti sunt Ado, et Hermannus Contractus, Emmauntem, quae postea Nicopolis dicta est, confundit cum Emmaunte alia, in Lucae Evangelio memorata, ut dixi in Commentario de vita, et scriptis Africani, §. V.

> + partem

Apertissime solvit) Haec praefatus, latine ex Rufini versione profert Beda+ fragmentum epistolae ad Aristidem, quod servavit Eusebius.

(Pag. 34.) Καὶ Ἀφρικανοῦ παραδόξων) Videnda quae dixi in Commentario de Africani vita, et scriptis, §. IX.

(Pag. 35.) Qui prima Chronica conscripsit sub Marco Crasso) Ridiculum hunc et Godfridi errorem notavi in Commentario de Vita, et scriptis Africani, §. III.

Praemonitio

* edidit Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta Libro V. adnotatione 250. cum excerptis quibusdam ex Origenis responsione, quam deinde integram, cum Africani epistola, latine

\# cum Origenis responsione,

De Epistolae, quae sequitur, γνησιότητι nullum esse dubitandi locum liquet ex his, quae dixi in Commentario de vita, et scriptis Africani, §. 4. Eam primus* latine # ex versione sua* vulgavit Leo a Castro Salmanticae anno 1570. in praefatione ad suos in Isaiam Commentarios. Novam utriusque Epistolę interpretationem elaboravit Gentianus Hervet, quam in Tomo secundo Latinę Origenis editionis vulgavit Gilbertus Genebrardus Parisiis anno 1574. Ea editio deinde recusa est in eadem urbe annis 1604. et 1619. Sed Graecum textum Epistolę Africani nondum vulgatum edidit Hoeschelius Augustę Vindelicorum anno 1602. post Hadriani Isagogen in Scripturas sacras, et Hesychii presbyteri Hierosolymitani στιχηρὸν in Isaiam, et duodecim minores Prophetas, sine versione, ~~una cum~~ & una cum initio responsionis Origenis; quam integram tandē Graece, et Latine, versione interdum barbara, ex Codice parentis sui dedit Joannes + Wetstenius ad calcem Dialogi de recta in Deum fide contra Marcionitas, et Exhortationis ad Martyrium, Basileae anno 1674. cum Epistola Africani, et copiosis in utramque Epistolam notis.† ~~Deinde~~ vir eximius Carolus de la Rue epistolas ipsas deinde recudi fecit in Parisiis anno [illegible] initio Tomi primi Graecolatinę Origenis editionis: et ~~nov~~ Graecum textum emendavit, et nova versione, ac notis illustravit. Ex hac editione, Graeca Africani Epistolae describi curavi~~mus~~, quę cum Wetsteniana, et Hoescheliana editione [illegible] tum Carolum de la Rue, in notis collata, cum nova interpretatione prodeunt. Origenis responsionem prolixum nimis πάρεργον existimavi, ideoque omisi.

\+ Rodolphus

† Carolus [illegible] apocryphū [illegible] descripti [illegible] Huetius [illegible] Libro [illegible] ad [illegible] epistolas ipsas [illegible] edere statuerat, ut [illegible] in Origenianis Libro, et Capite III. §. 6. sed numquam, quod decreverat ad exitum perduxit, et repertae sunt epistolae illę manuscriptę, inter caeteros ejus libros manu exaratos. At [illegible]

Origen. t. 1. p. 10.

Africani de Historia Susannae Epistola ad Origenem.

Africanus Domino suo, et filio, et omnium venerandissimo Origeni salutem.

In sacra illa, quam contra insensatum adversarium tuum habuisti, disputatione, Danielis adhuc juvenis prophetiam commemorasti, quam ut par erat, tunc amplexus sum. Te autem latuisse miror eam libri partem adulterinam esse. Pericope siquidem illa, venusta ceteroquin, recentior, conflictaque ostenditur, ac [illegible] demonstratur. Susanna igitur morte damnata, spiritu correptus clamavit propheta injustam esse sententiam. At Daniel alia semper ratione prophetat, visionibusque motus, et somniis, vel Angeli conspectu; non prophetica inspiratione. Deinde postquam mirabiliter quodammodo ita pronunciaverit, insolito illos modo redarguit, quo nec Philistion mimus se gessisset. Haud enim satis habuit spiritus impulsu illos objurgasse, sed utrumque alterum ab altero disjunctum seorsim interrogat, ubinam Susannam viderint moechantem. Quorum uni, qui se illam sub πρίνῳ vidisse dixit, respondet, Angelum eum πρίσαιν. Alteri vero, qui sub σχίνῳ eam se deprehendisse ait, similiter illa σχισθῆναι minitatur. Atque Graece quidem haec consonare accidit, πρῖνον scilicet, et πρίσαι, σχῖνον, et σχίσαι; sed Hebraice ea nullatenus conveniunt. Attamen ex hebraea lingua in graecam translata sunt quaecumque ex veteri Testamento circumferuntur.

Quomodo autem qui Babylone apud Chaldaeos captivi versabantur, qui caedebantur flagellis, atque in priore in plateas, ut de priore Israel captivitate narratur, insepulti projiciebantur; quomodo ii, quorum abrepti filii, Eunuchi fiebant, et filiae, pellices, quemadmodum a prophetis praedictum erat; sententiam mortis ferebant, idque contra uxorem Regis sui Joacim, quem Regni socium adsciverat Rex Babyloniorum? Quod si non hujus uxor illa fuit, sed alterius cujusdam ex populo Joachim, undenam tantum captivo hospitium, unde tam elegans, tamque spatiosus hortus? Ante omnia, pars illa, cum duobus aliis, quae in fine sunt, in Danielis libro, quo utuntur Judaei, non reperitur. Denique cum tot praecesserint prophetae, nullus ex posterioribus alterius vetustioris sententiam, iisdem verbaque simul usurpavit. Non enim emendicabat eorum sermo, verus quippe erat: sed hic, dum alteri illorum minitatur, Dominum commemorat dicentem: „insontem, et justum non occides.” Ex his omnibus recte colligere mihi videor, partem illam adsutam esse, quod et styli in dictione differentia confirmat. Pulsavi, tu mihi resona, meque rescribens erudi. Dominis meis omnibus meo nomine salutem nuncia. Tibi omnes qui te norunt, salutem dicunt. Valere te una cum comitatu ex animo precor.

Notae.

Ἀγνώμονα) Adhaereo Tillemont, (p. 765.) putanti ἀγνώμονα nil aliud esse quam ἐπίθετον Bassi, adversus quem disputationem habuit Origenes, ut constat ex his ejus verbis, quae leguntur initio epistolae ad Africanum: ἡνίκα διαλεγόμην τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ = quando cum amico nostro Basso colloquium habui. = Nec p censeo Ἀγνώμονα esse aliud Bassi nomen, etsi De la Rue verterit: = in eo, quod cum Agnomone habuisti, colloquio. = Porro apud Origenem pro: τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν, sunt qui legant: τῷ ἑτερογνώμονι; impossibile enim videtur, haereticum virum, ab Origene amicum adpellari.

Ἄλλως σύγγραμμα, νεωτερικὸν δὲ) Ita Codex Regius Parisiensis: male editiones Wetsteniana, et Hoescheliana: ἄλλως σύγγραμμα, ἀλλὰ σύγγραμμα νεωτερικὸν δὲ. Quae lectio si melior esset, scribendum foret: νεωτερικόν τε.

Φιλιστίων ὁ μῖμος) Minus bene Hoescheliana editio: φιλιστίωνος μῖμος. Non praetereunda quae de Philistione habet Hesychius Milesius in libro de Viris Doctrina Claris: Φιλήμων ὁ Συρακούσιος ὑπὸ σφοδροῦ γέλωτος ἐτελεύτησεν· ὡς δὴ καὶ Φιλιστίων ὁ Νικαεὺς, εἰς ὃν καὶ ἔστι τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα·

„Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
Γέλωτι μίξας Νικαεὺς Φιλιστίων.”

Οὗτος ἔγραψε τὸν φιλόγελων = Philemon Syracusanus prae nimio risu occisit; quemadmodum et Philistion Nicaenus, in quem hoc fertur epigramma:

„Aerumnosam hominum vitam
Risu qui miscui Nicaenus Philistion.”

Hic scripsit Librum, cui titulus: „Risus amator.” = Reliqui epigrammatis versus, cujus nonnisi dimidiam partem retulit Hesychius, hi sunt:

Ἐνθαῦτα κεῖμαι λείψανον παντὸς βίου
Πολλάκις ἀποθανὼν, ὧδε δ' οὐδέπωποτε.

Philistionis meminerunt M. Antoninus Libri sexti ad se ipsum §. 47. Athenaeus, Antonius Melissa, ut taceam de iis, quos laudat Scaliger, cujus verba refert De la Rue, in notis ad hunc Africani locum.

Ἑκάτερον) Apud Origenem, qui hunc locum exscribit Epistolae ad Africanum §. 11. legitur: ἑκάτερον αὐτῶν.

Ποῦ αὐτὴν θεάσαιτο) Ibidem habetur: ποῦ θεάσαιτο αὐτήν.

Ὑπὸ σχῖνον) Male Wetstenianus Codex: σχοῖνον.

Συμβαίνει) In eodem Codice perperam scriptum est: συμβαίνειν.

Παρὰ τὴν σχῖνον· ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδι) Corrupte in eodem legitur: παρὰ

σχῦνον· ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδῃ.

Φέρεται) In Hoescheliana editione additur: παρὰ Ἰουδαίοις.

Πῶς δὲ παρὰ Χαλδαίοις αἰχμάλωτοι ὄντες) Eadem editio habet tantum: εἶτα αἰχμάλωτοι ὄντες. Apud Origenem Epistolae ad Africanum §. 13. ubi hic locus exhibetur, desunt verba: παρὰ Χαλδαίοις.

Ἠστραγαλωμένοι) Editiones Wetsteniana, et Hoescheliana habent: ἀστραγαλωμένοι. Wetstenius emendabat: ἐστραγαλωμένοι = jugulati =: sed vox ἠστραγαλωμένοι retinenda est, ut monet de la Rue in notis ad Origenis epistolam ad Africanum. Vertit autem ille: = qui talorum lusu vaeniebant = quam versionem adstruit his Joelis verbis ex Capite, ~~tertio~~ ac versiculo tertio: = et super populum meum miserunt sortem =; itemque his, qui habentur in Abdiae versiculo 11: = et super Jerusalem mittebant sortem. = Et vero notum est ἀστράγαλον, et ἀστραγαλίζειν, Talum significare, ac Talis ludere. Sed ἀστραγαλοῦν idem esse ac flagellis caedere mihi persuadeo. Sane ἀστραγαλωτὴ quoddam flagelli genus est, ut liquet ex Pollucis Onomastico, Libro X. Capite 12: παρὰ δὲ Κράτητι ἐν ταῖς Ἑορταῖς, καὶ ἀστραγαλωτή τις μάστιξ ὀνόμασται = Apud Cratetem autem in Festis, quoddam flagelli genus, ἀστραγαλωτὴ nominatur. = Eratque flagellum illud, sive scutica, taxillis sivel talis contexta, ut docet Eustathius in Commentario ad Iliadis Librum XXIII: ἀστραγαλωταὶ μάστιγες ἐκ τοιούτων τινῶν (ἀστραγάλων) ἐνειρομένων κατεκροτοῦντο = Flagelli, qui ἀστραγαλωταὶ dicuntur, ex eorum (talorum) nonnullis simul nexis contexebantur. = Ἀστραγαλωτῆς meminit etiam Plutarchus in Coloten. Οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μετρῴοις κολάζουσιν. Qui locus ad rem nostram adprime facit. Distinguit enim Plutarchus duo flagellorum genera, alterum, quo liberi, alterum, quo servi caedebantur, hosque ἀστραγαλωτῇ mulctatos ait, ideoque Judaei captivi optime ἠστραγαλωμένοι dici potuerunt. Diogenes Laertius Libri IV. segmento 34. hoc Arcesilai dictum refert: οὐ λήψεταί τις τοῦτον ἀστραγάλῳ; = nemo ne hunc scutica corripiet? = Hesychius Milesius pro: ἀστραγάλῳ habet: ἀστραγαλωτὶ, quod adverbialiter dictum esset, sed Hadrianus Junius, et Meursius legere malunt: ἀστραγαλωτῇ. Ἀστραγάλους προστιθέναι pro quodam tormenti genere sumit Diodorus Siculus: ἐνίοις δὲ (Ἀγαθοκλῆς) ἀστραγάλους προσθεὶς βιαιότερον, δειναῖς ἀλγηδόσι περιέβαλλε.

Ἄταφοι) Deest haec vox in Hoescheliana editione.

Ἱστορεῖται, τῶν τε παίδων αὐτοῖς ἀποσπωμένων) Eadem editio habet: ἱστορεῖται, τῶν τε παίδων αὐτῶν. Apud Origenem, loco superius adlegato legitur: τῶν παίδων.

Ὡς πεπροφήτευτο) Apud eumdem habetur: ὡς προεπεφήτευτο.

Τῇ Βασιλέως) Τῇ τοῦ Βασιλέως habet Origenes.

Ὁ Βαβυλωνίων Βασιλεὺς) Levi discrimine apud eumdem legitur: ὁ Βαβυλώνιος Βασιλεύς.

Ἀλλ' ἄλλος τις) Origenes habet: ἄλλος δὲ.

Πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων) Wetsteniana editio habet: πρὸς: Hoescheliana vero: πρὸς δὲ τούτοις.

Σὺν ἄλλαις δύο) Eadem habet: σὺν ἄλλοις δυσί: Wetsteniana autem editio: σὺν ἄλλοις δύο.

Τῷ παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένῳ Δανιὴλ) In eadem legitur: τῶν παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένων.

Ἑξῆς οὐδείς ἐστιν ἑτέρου κεχρημένος) Apud Origenem, qui hunc locum refert, Epistolae ad Africanum §. 15. scriptum est: τῶν τε ἑξῆς οὐδεὶς ἕτερος ἑτέρου κέχρηται.

Ὑπομιμνήσκει) Apud eumdem legitur: ὑπομιμνήσκει σε.

Ἐξ ἁπάντων τούτων) Postrema vox in Hoescheliana editione deest.

Ἤχησον) Eadem habet: καὶ ἤχησον

Συνοδίᾳ) In eadem legitur: συνουσίᾳ.

Praemonitio.

Duo hic exhibeo, quae supersunt Africani epistolae ad Aristidem epistolae fragmenta, ab Eusebio servata, alterum quidem prolixum valde ac luculentum, alterum vero brevissimum. Hoc illi immediate subjicit Eusebius. Quinam e ex veteribus hanc epistolam adlegaverint dixi in Commentario de Africani vita et scriptis, § 10. Graeca descripsi ad fidem editionis Valesii, quae indicatis in notis variis lectionibus, quas tum Nicephorus, tum Codices quos Valesius consuluit, suppeditabat. Versionem, ~~prout~~ ut et reliquis ac caeteris Africani monumentis, sive λειψάνοις, quae graece supersunt, novam addidi.

Fragmenta Epistolae Sexti Julii Africani ad Aristidem.

Ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro I. Capite 7.

Age, eam, quae de his ad nos pervenit traditionem, quamque ad Aristidem scribens de Evangeliorum consensu in genealogia Christi narranda, paulo supra a nobis laudatus Africanus commemorat, adponamus. Aliorum quippe sententiis, utpote violentis, confictisque, rejectis, quam ipse acceperat traditionem, his verbis exponit: „ Nam quoniam apud Israelitas generationum nomina vel ex natura, vel ex lege numerabantur; ex natura quidem, cum legitimi filii parentibus succedebant; ex lege vero cum quis in filium adoptabatur nomine fratris, qui sine sobole occiderant: (cum enim nondum illis certa resurrectionis spes facta esset, futuram ejus promissionem, mortali quadam resurrectione imitabantur, ut defuncti nomen, immune ab obliteratione servaretur) quoniam igitur eorum, qui in genealogia Christi recensentur, ~~no~~ alii quidem parentibus, ut filii, legitime successerunt, alii vero ab alteris procreati, ~~adop~~ ab alteris adoptati sunt; utrorumque mentio facta est, tum eorum qui vere patres, tum eorum, qui quasi patres fuerunt. Itaque neutrum Evangeliorum falsa loquitur, dum eos recenset, qui sive ex natura, sive ex lege, in filiorum numerum cooptati sunt. Simul enim implexae sunt familiae, quae et a Salomone, et a Nathan deducuntur, ~~parte~~ cum ipso eorum, qui prole caruerant nominis reparatione, tum etiam secundis nuptiis, seminisque suscitatione, adeo ut iidem homines, diversis e patribus orti non injuria credantur, putativis scilicet, ac veris: ideoque utraque Evangelistarum narratio a vero minime absona, diverso quidem linearum ductu, adcurate tamen ad Josephum descendit. Verum ut clarius fiat quod diximus utriusque stirpis seriem exponam. Qui igitur per Salomonem generationes a Davide numeraverit, tertium a fine reperiet Matthan, qui Jacobum genuit, Josephi patrem. Qui vero per Nathan Davidis filio, cum Luca numeraverit, tertium itidem a fine inveniet Melchi, patrem Heli, Josephi patris. Cum igitur ~~nobis~~ Josephus nobis, veluti meta, propositus sit, ~~expon~~ declaraemus quomodo uterque, pater illius esse dicatur, Jacob scilicet ex Salomone, ~~or~~ ~~genus~~ ducens et Heli ex Nathan originem ducens; ac praeterea quomodo isti duo, Jacob, et Heli fratres fuerint; itemque quomodo eorum patres, Matthan, et Melchi, diversum genus sortiti, Josephi avi fuisse probentur. Matthan igitur, et Melchi, cum eandem alter post alterum duxissent uxorem, uterinos fratres ~~ambo~~ ex ea ~~procrearunt~~ ortos in filios adoptarunt; cum ~~lex non~~ lege cautum non esset, ne mulier vidua sive ex repudio, sive ex viri sui morte, alteri nuberet. Ex Estha igitur, hoc enim fuisse mulieris nomen traditum est, primus Matthan a Salomone genus ducens, Jacob procrea-

Quoniam ἐπειδή.

παιδοποιησάμενον.

χηρεύουσαν γυναῖκα, ut est in versione, et not.

vit. Mortuo autem Matthan, Melchi, qui et ad Nathan originem re=
ferebat, viduam, quae ex eadem quidem tribu, ex alia vero familia e=
rat, ut antea diximus, in uxorem accepit, filiumque ex illa habuit Heli.
Hoc pacto, Jacob, et Heli, diversi quidem generis, uterinos tamen fratres
fuisse reperiemus. Quorum alter, Jacob scilicet, cum + Heli sine prole deces=
sisset, viduam ejus uxorem duxit, tertiumque ex ea genuit Josephum, na=
tura quidem, et ratione filium ejus, propter quod et scriptum est: Jacob au=
tem genuit Joseph: lege vero filium Heli, quippe cujus semen Jacob frater
ejus suscitavit. Proinde genealogia per illum deducta minime vana depre=
hendetur, quam Matthaeus quidem recensens, Jacob autem, ait, genuit Joseph:
Lucas vero a filiis ad parentes adscendens, Jesus, inquit, qui erat, inquit,
ut putabatur, hoc enim diserte addit, ut filius Joseph, qui fuit Heli,
qui fuit Melchi. Generationem enim, quae ex lege erat, disertius expri=
mi non poterat. Ideo verbum illud, genuit, in hujusmodi liberorum gene=
ratione ad finem usque reticuit; donec ad ipsum Adam, qui fuit Dei grada=
tim adscendendo pervenit. Neque id ratione destituitur, confictumve est. Co=
gnati igitur Servatoris nostri secundum carnem, sive ut generis sui nobili=
tatem ostenderent, sive ut simpliciter rem docerent, omnino tamen utique ve=
ra loquuti, haec etiam tradiderunt: latrones scilicet Idumaeos, cum Asca=
loni Palaestinae civitati supervenissent, ex Apollinis delubro, quod ad urbis mu=
ros positum erat, Antipatrum, Herodis cujusdam Hieroduli filium, simul
cum spoliis caeteris captivum abduxisse. Cum autem Herodes ille sacerdos, re=
demptionis pretium pro filio solvere nequiret, Antipater, Idumaeorum mo=
re educatus, Hyrcano deinde summo Judaeae Pontifici amicitia devinctus est.
Legatus vero ad Pompejum missus ab Hyrcano, cum huic regnum, ab A=
ristobulo fratre ejus ex parte occupatum, liberum reddidisset, feliciter adse=
quutus est, ut Curator Palaestinae fieret. ~~An Eum~~ Ei vero, prae nimiae
felicitatis invidia, dolo interfecto, successit Herodes filius, cui deinde Anto=
nius, et Augustus, Regnum Judaeorum Senatusconsulto adjudicarunt.
Hujus filius fuit Herodes, aliique item Tetrarchae. Et haec quidem
Gentilium etiam historiae communia sunt. Caeterum, cum ad illud us=
que tempus in tabulariis publicis descriptae essent genealogiae tum He=
braicorum familiarum, tum eorum qui stirpem suam ad advenas referebant,
ut ad Achior Ammanitem, et ad Ruth Moabitidem, et ad eos qui ex
Aegypto una cum Israelitis egressi, iisque permixti fuerant; Herodes cum
illas Israelitarum familias nullatenus ad se pertinere videret, propriae
ignobilitatis conscientia motus, illa familiarum monumenta combussit: ratus tum
se nobilem visum iri, cum nemo genus suum ex publicis monumentis, sive
ad Patriarchas, sive ad advenas, sive ad permixtos Israelitis peregrinos,
qui Georae nuncupantur, referre posset. Pauci tamen adcurati viri pri=

+ frater suus

vatas generis sui tabulas, sive quod memoriter nomina ~~repetentes~~, callerent, sive aliter
~~habentes~~ ex archivis descriptas habentes, nobilitatis suae memoriam servatam gloriaban=
tur. Ex horum numero erant hi, de quibus supra dixi, qui δεσπόσυνοι vocabantur,
eo quod propinquitate generis, Servatori juncti essent. Qui ex Nazaris, et Cocha=
ba Judaeae vicis, in varias regiones profecti, supra dictam generis seriem, ex
Ephemeridum libro, quantum licuit adcurate descripserunt. Sive igitur ita, sive
aliter res se habeat, meo sane judicio, et alterius cujusvis qui recte res ae=
stimaverit, planiorem interpretationem, nemo facile reperiet. Huic igitur ad=
quiescamus oportet, ~~cum~~ licet nullo ea testimonio confirmetur, siquidem nec me=
lior altera, nec verior proferenda subit. Profecto certum est Evangelium
vera ~~semper~~ usque referre." In fine autem ejusdem epistolae haec addit
Africanus: " Matthan a Salomone originem ducens genuit Jacob. Mortuo
Matthan, Melchi ex stirpe Nathan, de eadem muliere genuit Heli. Ute=
rini ergo fratres fuerunt ~~Jacob, et~~ Heli, ~~et~~ atque Jacob. Heli sine proge=
nie defuncto, semen ejus suscitavit Jacob, qui genuit Josephum, natura qui=
dem Jacob, lege vero Heli filium. Sic utriusque filius ille fuit." Haec
Africanus.

Πρόσεστι δὲ ὡς
ἔγωγε.

Notae.

Τὴν περὶ τούτων κατελθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἱστορίαν) Traditionem, quam hic in fragmento ab Eusebio adlato refert Africanus, probarunt quidem e veteribus Eusebius, Hieronymus, Augustinus, Beda, aliique, e recentioribus vero rejecerunt Dodwel, preter alios, et Valesius, qui saepe in notis ad fragmenta illa Africanum reprehendit: ‡

‡ vid. Tillemont (...) Africani sententiam caeterorum opinionibus prefert, ac Valesii objectionibus parum movetur.

Ὡς ἂν βιαίους) Desunt prima verba in Codice Regio Parisiensi.

Ἀπελέγξας) Ita Codices Mazarinus, Mediceus, et Fuketianus, ac Nicephorus: quam lectionem confirmat etiam Rufinus. Codex Regius Parisiensis habet: ἀπόδειξας.

Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα) Deest γὰρ in Codicibus Mazarino, Mediceo, Fuketiano, et Saviliano, nec apud Rufinum expressa legitur.

Συνεπεπλάκη) Συμπλάκη habet Codex Mediceus, ἐπεπλάκη Nicephorus, atque ita prius scriptum erat in Codice Regio Parisiensi; ubi recentior manus, ut testatur Valesius, emendavit: συνεπεπλάκη

Καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων) Nicephorus habet ἀναστάσει; quam lectionem, quae etiam in Codice Regio Parisiensi reperiebatur, ubi emendatum est: ἀναστάσεσι; alteri prefert Valesius, eo quod jam paulo antea scriptum sit: ἀναστάσεσιν. Verum hanc e contrario emendationem Codicis Regii confirmari censeo, siquidem tria haec in plurali numero posuisse videtur Africanus: καὶ ἀναστάσεσιν ἀτέκνων, καὶ δευτερογαμίαις καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων.

Ἄλλοτε ἄλλως νομίζεσθαι) Ita Codex Regius Parisiensis, et Nicephorus hab. Codices At vero Mazarinus, Medicaeus, et Fuketianus habent: ἄλλοτε ἄλλως.

Τὴν ἐπαλλαγὴν) Nicephorus habet: ἐναλλαγὴν, Codex Regius Parisiensis: τὴν ἀκολουθίαν. ‡

‡ Ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος) In eodem Codice scriptum est: Σολόμωνος. (Vales. 26. not. a.)

Ἕως τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ) in Codicibus Mazarino, Medicaeo, Fuketiano, et Saviliano legitur: καὶ τοῦ Θεοῦ; atque hanc lectionem, quam confirmat Rufinus, sequi mallet Valesius. Attamen etiam apud Lucam Capite III. versiculo 38. habetur: τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ = qui fuit Adam, qui fuit Dei. =

Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινὸς) Antipatrum non Herodis Hieroduli, sed Antipatri alterius Idumaei filium dicit Josephus Libri XIV. Judaicae Archeologiae Capite 1. atque Capite 6. Libri I. de bello Judaico, eum genere Idumaeum fuisse scribit: γένος δὲ ἦν Ἰδουμαῖος. +

+ videndus Christianus Noldius initio Historiae Idumae, sive Diatribae de vita, et gestis Herodum.

‡ Ἱερῶν φιλοῦνται) Codices Regius Parisiensis, Mazarinus, Medicaeus ac Fuketianus habent: φιλοῦνται.

Χρηματίσαι) Hanc vocem ex Codicibus Mazarino, et Fuketiano restituit Valesius, deleta alia προνοήσας. Savilianus, Mediceusque Codices habent: χρηματίσαι

Εἰς τότε ‡ ἐν τοῖς ἀρχείοις) Mazarinus Codex, necnon Medicaeus,

et Fuketianus habent: εἰς τὸ τότε. (Vales. 25. not. a.)

Τῶν ἄχρι προσηλύτων) Iten iisdem Codicibus, itemque in Saviliano legitur: τῶν ἀρχιπροσηλύτων.

Ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς) Quam falsa sit Traditione, quam refert Africanus hic, falsi arguit Valesius. Ait enim Josephus initio Libri de vita sua, se stirpis suae seriem ex publicis tabulariis descripsisse, quae proinde ab Herode concremata fuisse non videntur. Τὴν μὲν οὖν, ait ita ille, τοῦ γένους ἡμῶν διαδοχὴν, ὡς ἐν ταῖς δημοσίαις δέλτοις ἀναγεγραμμένην εὗρον, οὕτως παρατίθεμαι = Nostrae igitur stirpis seriem, prout eam in publicis tabulariis descriptam reperi, hic adfero. =

Τὴν προειρημένην γενεαλογίαν) Τὴν προκειμένην habet Nicephorus, habebatque Codex Regius Parisiensis, ubi recentiori manu emendatum est: προειρημένην.

Ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν) Optime notat Valesius particulam τε, conjunctionem perperam in sequentibus omissam prodere, ideoque conjicit, legendum deinde esse: καὶ ἀπὸ μνήμης ἐς ὅσον ἐξικνοῦντο, quam lectionem adstruit Rufini versio.

Εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρως) Regius Parisiensis Codex, et Nicephorus habent: εἰ καὶ ἀμάρτυρος.

Praemonitio.

Fragmenta deperditorum quinque librorum Chronographiae Iulii Africani, quotquot reperire potui, adcurate congessi, atque e Syncello praecipue, qui Afri innumeris fere locis Africanum memorat, diligenter excerpsi. Nec ea tantum collegi veterum loca, in quibus ipsa Africani verba exscribuntur; sed illa etiam, in quibus auctor aliquam Africani sententiam, ex Chronographia petitam, propriis verbis exponit; sive rem quampiam ab eo commemoratam testatur. Ubi plura subierant loca, eadem ex Africano referentia, ea selegi, quae sive ipsa Africani verba exhiberent, sive Graeci potius, quam Latini, sive antiquioris erant auctoris, sive denique rem plenius exponerent; cetera rejeci inter Testimonia Veterum de Africano. Fragmentis, de quibus manifesto constabat, ex quonam Chronographiae Africani Libro deprompta essent, Libri notam praefixi: cetera scorsim posui, nec conjecturis temere indulgere volui, ac suis quaeque Libris adscribere: ea vero, per quantum fieri potuit, per temporum, de quibus agunt, ordinem digessi. Quod reliquum, de Africani Chronographia satis disputatum est in Commentario de eiusdem vita, et scriptis, §. 8.

Fragmenta Chronographiae Sexti Iulii Africani.

Fragmentum Libri I. Chronographiae Sexti Iulii Africani.

Ex Georgii [illegible] Chronographia

Eadem habet Cedr. 2. e.

Τὴν πρώτην ἡμέραν ὁ Ἀφρικανὸς νοητὴν λέγει, διὰ τὸ ἀδιοργάνιστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον.

Primam diem intelligibilem [illegible] posse ait Africanus, eo quod eatenus circumfusa, nulla [illegible] compsita, primigenia illa, circum [illegible] exstiterit.

Fragmentum Libri III. eiusdem operis.

Ex Eusebii Praeparationis Evangelicae Libro X. Capite 10.

Ex Africani Chronographiae Libro tertio.

Euseb. p. 487. d. „Ante Olympiadum initium, nihil in Graecorum historia exploratum reperitur, sed omnia confusa sunt, et secum nullatenus consonant, quae ante illud tempus contigisse memorantur. In Olympiadibus vero digerendis multi se adcurate gesserunt, eo quod eas non longo temporis intervallo, sed quadriennio tantum definitas Graeci descripserint. Quapropter famosis illis, fabulisque, quae ad primam usque Olympiadem accidisse narrantur, leviter, raptimque delibatis; quae deinde contigerunt, suo tempore quaque conjungam, et si quae insignia videbuntur, ita cum Graecis Hebraea conferam, ut Hebraea quidem historico more persequar, Graeca vero cursim adtingam; et quoties Hebraicam historiam, quae tempore cum Graeca alia conveniat, referendam susceperim, in eam semper intendens, detractis, adjectisve nonnullis, quinam Graecus natione, vel Persa, vel alio quovis ex populo, eadem aetate floruerit, aperiam; qua ratione quod mihi propositum est fortasse exequar. Primum igitur celebratissima illa Hebraeorum migratio, quos Nabuchodonosor Babylonis Rex captivos adduxit, annos occupavit 70. quemadmodum ab Hieremia praedictum fuerat. Porro Nabuchodonosoris V. Fab. 14. 202. not. meminit Berosus Babylonius. Post exactos 70. annos captivitatis 70. Cyrus Persarum Regnum obtinuit, cum Olympias ageretur LV. ut liquet ex Diodori Bibliothecis, et Thalli atque Castoris historiis; ex Polybio item, et Phlegonte, aliisque, qui de Olympiadibus scripserunt; omnes enim de in tempore definiendo hac in parte consentiunt. Cyrus igitur primo imperii sui anno, quod Olympiadis LV. primus itidem erat, per Zorobabel, cujus aequalis erat Iesus Iosedeci filius, populi partem aliquam primum dimisit, expleto jam 70. annorum spatio, quemadmodum in Esdra apud Hebraeos legi-

tur. Simul igitur, historiarum omnium consensione, concurrunt regnum=
que Cyri, et Judaicę captivitatis finis. Ita et juxta Olympiadum com=
putum omnia ad nostram usque aetatem consonare deprehendemus;
hoc enim sequuti, caeteras etiam historias eadem inter se ratione com=
ponemus. Quę vero antea contigerunt, in Attica Chronographia hoc
modo recensentur. Ab Ogyge, quem ex eorum terra oriundum putant
Attici, sub quo magnū illud, primumque ~~primum~~ ~~magnum~~ in Attica diluvium adcidit, re=
gnante Argis Phoroneo, ut ab Acusilao traditum est; ad primam usq.
Olympiadem, quando Gręci tempora adcurate comp in posterum compu=
tanda decreverunt; anni colliguntur 1020. quod et ante dictis consonat,
+ prosequuti, et ex sequentibus constabit. Haec enim referunt Atticam historiam ex=
ponentes ~~Hi~~ Hellanicus, et Philochorus; Castor item, et Thallus, qui Syrorum, iacā +
ac Diodorus qui omnium gentium historiam in Bibliotheca sua comple=
xus est, et Alexander Polyhistor, et e nostris alii nonnulli, qui adcura=
tius etiam quam Attici omnes, haec memoriae prodiderunt. Si quae igitur
1020. annorum spatio insignis occurret historia, eam opportuno in loco com=
memorabimus.„ Paucis interpositis deinde subjungit: „ Itaque hujus etiam
V. Sync. 118. b. 50. D. e. ec. scripti auctoritate freti, Ogygem illum, qui primo diluvio nomen dedit, e
quod peremptis aquarum vi compluribus, ipse salvus evaserit, dicimus eo
tempore, quo populus ex Aegypto cum Moyse migravit, extitisse; ea=
que hoc modo probabimus. Ab Ogyge ad primam Olympiadem supra
dictam annos fuisse ostendemus 1020. Ab Olympiade autem prima,
usque ad primū LV. annum, ~~primum~~ qui et regni Cyri primus fuit, ac Juda=
icę captivitatis finis anni sunt 217. ab Ogyge ergo e usque ad Cyrum,
anni colliguntur 1237. Qui vero sursum versus ~~ab~~ ea captivitatis fine
annos 1237. numerabit, idem temporis intervallum retrograda ratione repe=
riet, usque ad annum, quo ab Aegypto per Moysem eductus est Israel,
quantum ab Olympiade LV. sub Ogyge, qui Eleusinem condidit, excur=
rit. Insigniusque illud tempus est, ex quo Atticae Chronographiae se=
riem ~~perducamus~~ perducere exordiemur.„ ‡ Et post alia hęc subdit: „ Atque hęc quidem de
his, ~~quę~~ ante Ogygis tempora fuerunt. Hujus autem aetate, ex Ae=
gypto egressus est Moyses. ~~Quod vero~~ Et quod eo id tempore adci=
derit, hoc pacto probamus. Ab exitu Moysis usque ad Cyrum; qui po=
Judaicam captivitatem regnavit, anni fuerunt ~~10~~ 1237. Moysis enim
reliqui exinde anni fuerunt 40. Jesu, qui post illum populo praefuit,
25. Seniorum, ~~30~~ ~~Judicum~~, qui post Jesum Judices fuerunt, 30. Judicum
omnium, qui in proprio ipsorum libro recensentur, 490. Sacerdotum Heli,
et Samuel, 90. sequentium Hebraeorum Regum 490. cujus postremus annus,

‡ Hic finem facito: deinde scribe:
Ex Georgii Syncelli Chronographia.
ac statim recurre ad fragmentum
quod est pagina 16. ubi idcirco cru=
cem ‡ adposui: illud fragmentum
describe, et postquam id feceris, pone:
Ex Eusebii Praeparationis Evangelicę
Libro X. Capite 10.
Tum prosequere quę ~~hic~~ sunt in
hac pagina post crucem ‡. idest:
= Et post alia haec subdit: „ Atque
haec quidem ~~de his~~ etc. =

Regni Cyri primus fuit, ut antea diximus. Jam a Moyse ad primam Olym=
piadem anni reperiuntur 1020. siquidem ab eo usque ad annum primum Olympiadis
V. Sync. ib. et 56. c. LV. ~~annum~~ fiunt 1237. ~~in~~ quod et cum Graecorum temporibus consonat. Post
Ogygem vero, ob ingentem, quam diluvium intulit vastitatem ea regio quę
nunc Attica dicitur, annis 189. usque ad Cecropem, Regibus caruit. Actęum
enim eo illum, quem post Ogygem ponunt, aliaque conficta nomina numquā
ib. c. d. p. 118. extitisse dicit Philochorus.„ Et rursus ait Africanus: „ Ab Ogyge ergo us=
que ad Cyrum totidem sunt anni, quot a Moyse ad eumdem, hoc est 1237.
Et Graecorum etiam nonnulli iisdem temporibus Moysem vixisse scribunt; Po=
lemon quidem in primo Graecarum historiarum libro dicens: „ Sub Apide Pho=
ronei filio, exercitus Aegyptii pars, ex Aegypto dilapsa ~~pulsa~~ est, quę in Palestina quam Syriā
vocant, haud procul ab Arabia consedit; eos nempe intelligens, qui cum Moyse
Emendanda viger. versio v. de Apione Jab. 3. 239 Meur. B. Gr. profecti sunt: Apio vero Posidonii filius, Grammaticorum curiosissimus, in li=
bro adversus Judęos, et in historiarum quarto, scribens, Regnante Argis Inacho, ab Ae=
gyptiorum ~~Aegyptiis~~ Amosi Rege Amosi Judęos, Moyse duce, defecisse. Cujus defectionis,
et Amasis pariter ~~me~~ Herodotus quoque meminit libro secundo, Judęas etiam
quodammodo commemorans, quos circumcisis adcenset, ac Palęstinę ~~incolas~~ As=
syrios nominans, Abrahami progenies causa. Quibus omnibus consonat Ptole=
mæus Mendesius Aegyptiorum historiam ab initio repetens: ~~adeo~~ ita ut
nulla inter ipsos occurrat notanda temporum differentia. Atque hic obser=
vandum est, quidquid aliquanto rarius, ob vetustatem Graeci fabulantur,
Moyse id semper posterius inveniri, diluvia nimirum, incendia, Prometheū,
+ interfecti a Cadmo draconis orti, (mali ... sparta) Io, Europam, milites ~~viros~~ ex dentib.+ Proserpinę raptum, Mysteria, Legumlationes, Bacchi
gesta, Perseum, Argonautas, Centauros, Minotaurum, res Trojanas, Herculis
labores, Heraclidarum reditum, Ionum migrationem, et Olympiadas.' Ac mihi
quidem Gręcas cum Hebraicis historias componere volenti, supra dictum At=
tici regni tempus describere visum est. Sic enim cuivis licebit, qui ex meis
initium sumere voluerit, eandem mecum in colligendo numero rationem
sequi. Illorum igitur 1020. annorum, quos a Moyse, et Ogyge usque ad pri=
mam Olympiadem fluxisse statuimus, anno primo tum Hebraeorum Pas=
cha, et exitus ab Aegypto, tum in Attica sub Ogyge diluvium contigit.
Et convenienter id quidem. Nam cum Aegyptios grandinibus, ac tempe=
statibus ira Dei castigaret, verisimile in quasdam terrę partes ~~ali~~ ca=
lamitatis ejus aliquid redundare necesse erat; atque Athenienses praecipue
Aegyptiacae cladis participes fieri debebant, quippe qui Aegyptiorum Colo=
nia habiti sunt, ut ajunt ~~testantur~~ tum alii, tum Theopompus in Tricareno. Tē=
pus deinde medium pretermissum est, de quo nihil memoratu dignum in
Graecorum historia fertur. Post annos autem 94. fuit Prometheus, ut qui=

dam volunt, quem homines finxisse fabulatum est, eo quod sapientiam sectatus fuerit, et homines ad disciplinę cultum a nimia simplicitate traduxerit." Haec igitur Africanus.

✠ Ex Georgii Syncelli Chronographia

Ὀλίγα δὲ τούτοις ἐν Ἀσσυρίοις λόγοις ἀρχαιότερα μυθεύεται. Πρῶτος ἦρξε Νῖνος ἁπάσης τῆς Ἀσίας, πλὴν Ἰνδῶν, ἔτεσι ν. πολὺ πρότερον Ὠγύγου. Τοῦτον διεδέξατο Σεμίραμις ἡ διαβόητος, ἡ πολλαχοῦ τῆς γῆς ἤγειρε χώματα, προφάσει μὲν διὰ τοὺς κατακλυσμούς· τὰ δ' ἦν ἄρα ἦν ἄρα τῶν ἐρωμένων ζώντων κατορυσσομένων οἱ τάφοι, ὡς Κτησίας ἱστορεῖ. ὥστε οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον Ἑλλησιν ἱστορεῖται πρὸ Ὠγύγου, πλὴν τοῦ Φορωνέως τοῦ συγχρονίσαντος αὐτῷ, καὶ Ἰνάχου τοῦ Φορωνέως πατρὸς, ὃς πρῶτος Ἄργους ἐβασίλευσεν, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ. Τούτου θυγάτηρ Ἰοὺς, ἣν Ἶσιν μετονομάσαντες σέβουσιν. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸ Ὠγύγου. Κατὰ δὲ τοὺς τούτου χρόνους ἐξῆλθε Μωσῆς ἀπὸ Αἰγύπτου.

Pauca vero his antiquiora Assyriorum historię fabulantur. Primus Asię universę, exceptis Indis, regnavit Ninus, annis 52. multo ante Ogygem. Huic successit famosa illa Semiramis, quę variis terrarũ locis aggeres extruxit, diluviorum praetexens metum; revera tamen, amantium adhuc viventium ibi defossorum ea fuere sepulchra. Nihil igitur memoratu dignũ de tempore, quod Ogygem antecessit, in Graecorum historia refertur, si Phoroneum Ogygi coaevum, et ~~Inachum~~ Phoronei patrem Inachum demseris, qui primus Argis regnavit, teste Acusilao. Hujus filia Io fuit, quam sub Isidis nomine coluerunt. Atque nec quidem ante Ogygis tempora fuerunt. Hujus autem aetate ex Aegypto egressus est Moyses.

Ex Georgii Syncelli Chronographia.

I.

Οὔ μοι δοκεῖ καλῶς ὁ Ἀφρικανὸς ἐν γ' λόγῳ τῶν ἱστορικῶν αὐτοῦ, φάναι, τὴν Ἀργείων βασιλείαν τῷ σ' ἔτει τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας ἄρξασθαι, ἐπὶ Ἀρείου τοῦ πέμπτου Ἀσσυρίων Βασιλέως Ἀσσυρίων.

Haud recte in tertio historiarum suarum libro Africanum dixisse existimo, Argivorum regnum, anno regni Assyriorum 200. Arii quinti Assyriorum Regis tempore initium habuisse.

II.

Fragmentum Libri IV. ejusdẽ operis.

Ex Georgii Syncelli Chronographia.

Ὁ δὲ Ἀφρικανὸς μᾶλλον ἐναντιοῦται τῷ Εὐσεβίῳ, κατὰ τοῦ Ἄχαζ πρῶτον ἔτος εἰς τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα φάσκων ἦρχθαι ἐν τῷ τρίτῳ, καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῶν ἱστορικῶν αὐτοῦ [illegible] ἐν οἷς ὧδε γράφει· „Ἀναγραφῆναι δὲ πρώτην τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἡνίκα καὶ Κόροιβος στάδιον ἐνίκα. Τότε ἐβασίλευσεν Ἄχαζ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔτος πρῶτον."

Sed Africanus Eusebio potius refragatur, Olympiadem primam anno primo Achazi coepisse aperte dicens in ~~primo~~, tertio, et quarto historiarum libro, in quibus ita scribit: „Quartamdecimam autem Olympiadem, primam dicendam censeo, in qua Coroebus in stadio victor fuit. Tunc primus ~~regni~~ Achaz in Hierusalem regnantis annus agebatur."

Videatur alia ed. [illegible] Κόρ. 305

Fragmentum Libri IV. ejusdem operis.

Ex Georgii Syncelli Chronographia.

Hoc fragm. [illegible] immediate subjicit pag. 158. [illegible]

~~Καὶ~~ Εἶτα ἐν τῷ τετάρτῳ (λόγῳ) φησὶν (Ἀφρικανὸς) „ἦν ἄρα τοῦ Ἄχαζ βασιλείας ἔτος πρῶτον, ᾧ συντρέχειν ἀπεδείξαμεν τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα."

Deinde in quarto (libro) ait (Africanus): „[illegible] annus regni Achaz primus fuit, in quam primam Olympiadem concurrere demonstravimus."

Fragmenta Libri V. ejusdem operis.

✠ Ex Eusebii Demonstrationis Evangelicae Libro VIII. Capite 2.

✠ Utriusquam haec describ. [illegible] fragmentum, quod est pag. 19. notatum si= gno ✠ deinde huc redi.

Eus. p. 389. Eadem refert Hie[illegible] Danie.

Ea feruntur in Africani Chronographiae Libro quinto [illegible] ita se habent: „Itaque ipsa quidem [illegible] ac mirabilia designat: Nunc vero de iis tantum, quae [illegible] nem faciunt, et atque ad ea, quę ad tempora pertinent [illegible] debuntur, sermonem habebimus. Manifestum [illegible] Christo haec dici, adventu, qui post hebdomadas LXX. futurus erat. Nam [illegible] sive ex illo ipso, et antiquatur delicta, et peccata consummantur; per remissio[illegible] et iniquitates, cum iniuste factis ~~expiatione~~ propitiatione delentur, et justitia aeterna [illegible] bueбat, et visiones, ac prophetiae fiunt usque ad Joannem et Sanctus Sanctorum ungitur. Haec enim ante adventum Servatoris nostri [illegible] atque expectabantur tantum. Numeri initium [illegible] hebdomadum scilicet LXX. unde anni 490. [illegible] ut respondeatur, et aedificetur Hierusalem. Haec autem anno [illegible] ris Persarum Regis vigesimo contigerunt. Neemias enim [illegible] pincerna, exorato Rege, responsum accepit, Hierusalem [illegible] egressus est hęc jubens; nam ad illud usque tempus, civitas [illegible] erat. Cum enim Cyrus post expletos LXX. captivitatis annos, [illegible] vellet voluntarie dimisisset, ii qui cum Jesu magno [illegible]

[illegible] dicta [illegible]

dote, et Zorobabel, üque, qui post illos cum Esdra Hierusalem advenerunt, templum extruere, et civitati murum circumdare initio prohibendabantur, eo quod haec jussi non fuisset. Interdictum igitur illud ad Neemiam usque permansit, atque ad regnum Artaxerxis, annumque Imperii Persarum 115. a capta Hierusalem 185. quo tempore Rex Artaxerxes, urbem aedificari jussit. Neemias autem ad hoc missus, operi praefuit, et aedificata est Hierusalem, platea amplis et muri ambitu munita, quemadmodum prophetia praedictum fuerat. Inde igitur si numerare incipiamus hebdomadas LXX. has in Christum terminari reperiemus. Sin ab alio quopiam tempore eas numerare coeperimus, relicto illo, quod diximus, nec tempus e ipsum conveniet, nec multa incommoda vitare poterimus. Si vere enim a Cyro, ac prima Judaeorum dimissione septuaginta hebdomadas numerandi initium fecerimus, anni 100. et amplius supererunt; sive a et major etiam annorum numerus redundabit, si ab illa die exorsi fuerimus, quo Angelus Danieli futura patefecit. Multo item majus temporis spatium supererit, si ab initio captivitatis numerare coeperimus. Persarum enim regnum intra annos 230. contineri invenimus. Macedonum deinde imperium usque ad annum CCCLXX. continuari; atque ab hujus fine, usque ad Tiberium Caesarem annorum XVII. sexaginta
v. Sync. 257. b. c. annos reperimus. Ab Artaxerxe vero LXX. hebdomades usque ad Christum perductae, eo tempore complentur, si Judaeorum numeros sequamur. A Neemia enim, qui ~~ab Artax~~ Hierusalem aedificaturus ab Artaxerxe missus est, anno Regni Persarum 115. Artaxerxis vigesimo, Olympiadis 83. quarto, ~~usque~~ ad illud usque tempus, hoc est Olympiadis 202. annum secundum, imperii autem Tiberii Caesaris annum XVI. anni colliguntur 475. qui Hebraica ratione fiunt 490. quippe cum Hebraei ad cursum lunae annos suos computent, adeo ut hac hac ratione, quod facile dictu est, diebus 354. annus constat: cum tamen
Hic quaedam videntur desse in edit. solaris cursus dierum 365. spatio compleatur, addita unius diei parte quarta. Lunarem enim annum mensium duodecim, diebus undecim cum quarta unius diei parte superat. Idcirco tum Graeci, tum Judaei, tres intercalares menses, octavo cuique anno adjiciunt. Undecim enim numerus cum quarta unius parte, octies repetitus tres conficit menses. Anni igitur 475. novem, et quinquaginta reddunt octennia, ac menses tres. Cum vero terni octavo cuique anno intercalares adjiciantur menses, annorum quindecim summa conficitur, parvo deficiente dierum numero. Qui si addantur annis 475. septuaginta hebdomades complebuntur. „ Haec igitur Africanus.

✝ Ex Georgii Syncelli Chronographia

Africani, de iis, quae ad salutarem Christi passionem, et vivificam Resurrectionem pertinent.

Syncell. p. 250.

Singillatim vero gesta ejus, et corporum, animarumque curationes, et
γρ. τῆς γνώσεως τῶν. reconditorum cognitionem, et resurrectionem a mortuis, satis jam ab iis, qui nos praecesserunt, discipulis Domini, et Apostolis exposita sunt. Terribiles tenebrae universo orbi incubuere: terraemotu petrae discissae sunt, et crebrae in Judaea, aliisque terrae partibus aedes decussae sunt. Tenebras illas, ut ego quidem existimo, non recte, solis eclipsim vocat Thallus, in tertio historiarum
v. Max. 313. libro. Hebraei enim luna XIV. celebrant Pascha, at eo die, quae Paschalem solemnitati praeibat, Servator passus est. Eclipsis autem Solis, fit Luna Solem subeunte: quod quidem sane Solis, et Lunae congressus, nonnisi die Lunae veteris ultimo, et novae primo accidere potest. Quomodo igitur eclipsis contigisse dicetur eo tempore quo Soli fere oppositam coeli partem Luna tenebat? Esto tamen, rapiantur homines miraculo, et quod universo orbi innotuit, ~~om~~ universus adspexit, Solis defectus quidam quoad oculos habeatur. Narrat Phlegon, sub Tiberio Caesare in plenilunio, totalem solis eclipsim factam esse ab hora sexta, usque ad nonam: quae scribens, tenebras de quibus agitur manifeste designat. Quid vero terraemotus ad eclipsim, quid discissae lapides ad resurrectionem mortuorum, tantamque orbis perturbationem? Anne longa
Hic Sync. addit καὶ μεθ᾽ ἕτερα, ac refert partem superioris fragm. qui proinde hic subnectendus est. ~~annor~~ retro annorum serie tale quid unquam accidisse usquam ~~reperitur?~~ legitur? ~~Erant sane~~ A Deo sane erant tenebrae illae, Dominus quippe tunc patiebatur. Ratio autem evincit, LXX. hebdomadas quarum apud Danielem mentio est, ~~memoratas~~, eo tempore ~~terminum~~ fuisse consummatas

Ex Georgii Syncelli Chronographia

I

Syncell. p. 257. c.

„ Nemo itaque nos Astronomica ratione ~~numerandi~~ computandi imperitos cen-
Haec Eusebian. fragm. immediate sequuntur ap. Sync. seat, eo quod annum diebus 365. et quarta unius diei parte constare statuerimus. Non enim id fecimus veritatis inscitia, sed potius minute rem definientes, summam illam collegimus. In gratiam vero eorum, qui cuncta diligenter investigare student, haec velut in tabula repraesententur. Anni quidem singuli dies in totum habent 365. Diei vero, et noctis spatio per quotientem nume-
Haec mendosissima sunt. v. not. in Sync. rum 19. distributo, ejus partes habentur quinque. Inter computatum vero annū dierum 365. cum quadrante, et noctis ac diei spatii, quotiente numero 19.
Cod. Barb. κατὰ τα. distributi partes quinque...... ex annis 475. dies sex cum quadrante ex aequo respondentes emergunt. Praeterea lunae mensem accurate, ac minute definitum diebus 29. cum dimidio constare reperimus. Spatio vero diei, ac noctis in partes 205. distributo, harum 71. cum dimidio .... unde fiunt

γρ. ἐνενήκοντα e Scal. ut in marg.

93. Et haec brevi temporis spatio colliguntur. Ab Artaxerxis autem an= no 20. quemadmodum in Esdra apud Hebreos legitur; quod apud Graecos Olympiadis 80. quartus erat annus: usque ad Tiberii Caesaris annum XVI. quod Olympiadis 202. secundus erat, supradicti colliguntur anni 475. qui Hebraica ratione si computaentur, juxta ea quę antea diximus, anni fi= unt 490 hoc est hebdomades LXX. post quas Christi adventum futurū esse, Danieli Gabriel prenunciavit. Quod si cui videatur Hebraicos annos quindecim, illis advectos ab illis, ad nos annorum circiter decem, & nihil ta= men absurdum in medium prolatum est. Post Potest aut vero una hebdo= mada & cum alterius dimidio, quam ad complementum necessario adsu= mendam arbitramur, questionem de annis quindecim solvere, ac tem= pus breviare. Porro quod prophetiae symbolis involutę proferantur ma= nifestum est. Quantum autem in nobis fuit, recte, ni fallor, scripturam interpretati sumus: quandoquidem illa de visione pericope, calculos + in sum= mam redigere videtur, dum prima haec verba exhibet: Anno tertio regni Baltassar; & ubi Persarum regni eversionem, praedicit, quae Graecorum armis fie= ri debebat, quamque arietis, et hirci figura praesignat. Sacrificium, inquit tolletur, et sancta, deserta fient in conculcationem quę diebus 2300. cir= cumscribentur. Sive enim pro diem, pro mensē intelligamus; quem admodum et alibi in prophetiis, dies pro annis nominantur, sumuntur, atque alibi item a= liter; si pariter dies superius memoratos in menses reputemus, invenie= mus a capta Hierusalem, usque ad Artaxerxis annū vigesimum tempus consummatum inveniemus. Anni enim colliguntur 185. cum altero illo in quo Neemias muro civitatem munivit. Annos igitur 186. Hebrai= cis mensibus 2300. constare reperimus: octenniis singulis ternos intercalares menses ordine habentibus. Ab Artaxerxe vero, cujus tempore egressus est sermo Jerusalem aedificari jubens, ann hebdomades septuaginta comple= tur. Sed ea de his dedita opera in libro de hebdomadibus, ac de e lau= data prophetia, diligentius disseruimus. Miror sane Judaeos dicentes, non= dum advenisse Dominum, et Marcionitas adserentes, eum non fuisse a pro= phetis praenunciatum, cum tam clare, et ad omnium captum loquantur scripturę, remque pene sub ante oculos ponant." Et post pauca addit: „Ab Adam igitur, et mundi creatione, usque ad Domini adventum anni colliguntur 5531. a quo tempore usque ad Olympiadem 250. anni re= periuntur 192. quemadmodum an in superioribus demonstratum est. +

[Margin notes: ῥῆμα τε ... ἀπ. Euseb. sup. p. 18. lin. 24. — Barber. διαχώσια. — Ponatur, τὸν χρόνον. — + quodammodo — + [illegible] sequentia describas, po= ne [illegible]tum, quod est pagina 55. [illegible]]

Ex Codice Caesareo

Δ[illegible] Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων, διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου, καὶ Σωτῆρος ἡ= μῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Africani narratio de his, quae in Perside contigerunt, per incarnationem Domini, et Servatoris nostri Jesu Christi.

Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ' ἀρ= χῆς ὁ Χριστός. Οὐδὲν γὰρ λανθάνει τοὺς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς, ἅπαντα φι= λοπονοῦντας. Ὅσα γὰρ κ.τ.λ. Vide Lambecium Tom. 5. pag. 297

In Perside ab initio Christus innotuit. Nihil enim est, quod la= teat Persas legis jurisperitos qui stu= dium omnibus impendunt. Nam quęcumque etc.

Ex Joannis Malalę Chronographiae Libro XI. (p. 114. c.)

Ἕως δὲ τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ (Τραϊανοῦ) ἦν φαινόμενος, καὶ διδάσκων ἐν Ἐφέσῳ, Ἐπίσκοπος, καὶ Πατριάρχης ὢν ὁ ἅ= γιος Ἰωάννης ὁ Ἀπόστολος, καὶ Θεο= λόγος· καὶ ἀφανῆ ἑαυτὸν ποιήσας, οὐ= κέτι ὤφθη τινὶ, καὶ οὐδεὶς ἔγνω τί ἐγένετο, ἕως τῆς νῦν· καθὼς Ἀφρι= κανὸς, καὶ Εἰρηναῖος οἱ σοφώτατοι συ= νεγράψαντο.

[Margin notes: + ubi Episcopus fuit, et Patriar= cha; — forte al. edit. τοῦ νῦν.]

Ad secundum usque ejusdē (Trajani) imperii annum, omnibus spectabilis, ac docens Ephesi perse= veravit, + Sanctus Joañes Apostolus, ac Theologus; qui deinde invisibilis fa= ctus, a nemine amp in posterum vi= conspectus est, nec quid de eo factū sit, ad hanc usque aetatem ullus novit, quemadmodum scribunt A= fricanus, et Irenęus sapiētissimi viri.

Ex Georgii Cedreni Historiarum Compēdio.

Ἀφρικανὸς δέ φησιν ὁ Χρονογρά= φος, ὅτι περὶ τούτου + Κλήμης ὁ στρω= ματεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐγνωρίζετο.

[Margin notes: + (Κομόδου) — Falsū [illegible] ab Africano fortasse di= ctum.]

Ait autem Africanus Chro= nographus, [illegible] Commodi tempo= re, Clementem Stromateum Alexā= driae innotuisse.

Ex Eusebii Historiae Ecclesiasticae Libro VI. Capite 31.

Τοῦ δ' αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε φέρε= ται Χρονογραφιῶν ἦλθεν εἰς ἡμᾶς + πεπονημένα σπουδάσματα· ἐν οἷς φη= σὶν ἑαυτὸν πορείαν στείλασθαι ἐ= πὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην.

[Margin note: + ἐπ' ἀκριβὲς]

Ejusdem Africani alii quo= que numero quinque feruntur ad nos pervenerunt Chronogra= phiae libri diligenti studio ela= borati; in quibus se Alexandriā profectum testatur, propter magnā Heraclę famam.

Ex Georgii Syncelli Chronograp[illegible]

[illegible]

I.

Ἀφρικανὸς, Αὔγαρον φησὶν, ἱερὸν ἄνδρα, τοῦ πρώην Αὐγάρου ὁμώνυ=

[Margin note: Nisi respexerit ad Gotos. Eadem ha= be[illegible] [illegible] 171.]

Africanus ait, Abgarum vi= rum sacrum, veteri illi Abgaro no=

νον. βασιλεύει Ἐδέσσης, κατὰ τούτους τοὺς χρόνους (Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμμαίας υἱοῦ.)

mine parem, his hoc tempore (Alexandri Mammaeae filii) Edessae regnavisse.

II.

Καθ᾽ ὃν (Φίληνον) ὑπάτευον Γράτος Σευηριανὸς Ῥωμαίων, καὶ Σέλευκος, ἀπὸ τῶν περὶ Βροῦτον μετὰ τοὺς βασιλεῖς ὑπατευσάντων, ψκε'. καταριθμούμενοι, ἐπὶ τῷ ͵εψκγ'. ἔτει τοῦ κόσμου, κατὰ τὸν Ἀφρικανὸν, ὅπερ ἦν Ἀντωνίνου τοῦ καὶ Αὐγούσθου, Ῥωμαίων Βασιλέως, ἔτος γ'.

Cujus (Phileni) tempore Consulatum Romae gerebant Gratus Severianus, et Seleucus, qui Consules DCCXXV. numerabantur a Bruto, qui post Reges Romanorum consulatu Romae functus est, usque ad annum mundi 5723. ut ait Africanus, qui Antonini Augusti Romanorum Imperatoris tertius annus fuit.

III.

Ὁ δὲ Ἀφρικανὸς ἔτη λ'. αὐτοῖς (πρεσβυτέροις Ἰουδαίων) ~~ἀνέμει~~ ἀπένειμεν, ᾧ πλεῖστα ἐπεκαλεῖ ὁ Εὐσέβιος, ὡς μεγάλα, φησὶ, διαμαρτάνοντι, καὶ τολμηροτάτῳ πράγματι ἐπικεχειρηκότι, πρὸς τούτοις ἄλλα ο'. ἔτη, μ'. μὲν τὰ τῆς ἀναρχίας, λ'. δὲ τὰ τῆς εἰρήνης οἴκοθεν παρεμβαλόντι, τὰ ὅλα ρ'. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἀφρικανὸς περὶ τούτων ὡς διαφωνουμένων ἐν τέλει τοῦ ε'. λόγου καθομολογεῖ.

+proprio marte.

Africanus vero triginta illis (Judaeorum senioribus) annos adsignavit, quem pluribus ~~incusat~~ traducit Eusebius, utpote, ait, in errorem lapsum, ~~et~~ maximumque negotium audacissime adgressum, incusatque quod alios insuper annos addiderit septuaginta, interregni scilicet quadraginta, et triginta pacis, atque universim centum annos computaverit. Sed Africanus hec ~~utpote~~ in controversia posita esse fatetur ad libri quinti calcem

Ex S. Basilii Capite 29. de Spiritu Sancto.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ Ἀφρικανὸν τὸν ἱστοριογράφον τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς δοξολογίας παρέλαθε. Φαίνεται γὰρ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς τῶν χρόνων ἐπιτομῆς, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγων· „ἡμεῖς γὰρ οἱ κἀκείνων τῶν ῥημάτων τὸ μέτρον ἐπιστάμενοι, καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀγνοοῦντες τὴν χάριν, εὐχαριστοῦμεν + τῷ παρασχομένῳ + ἡμῖν πατρὶ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα, καὶ Κύριον ἡμῶν, Ἰησοῦν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα, μεγαλωσύνη σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας.„

forte Africani conclusio [illegible]

Tres MSS. τῶν ῥητῶν (not. Maurin.)

+ ἰδίοις v. Maurin.

Sed nec Africanum historicum ea glorificandi forma praeteriit; quod adparet ex quinto ejus epitome temporum libro, ita et ubi et ipse sic loquitur: „Nos enim qui et illorum verborum modum dicimus, et fidei gratiam non ignoramus, gratias agimus Patri, qui nobis creaturis suis Servatorem omnium praebuit, Dominum nostrum Jesum Christum, cui gloria, et majestas cum Sancto Spiritu in saecula.„

Fragmenta incertorum librorum ejusdem operis.

Ex Georgii Syncelli Chronographia.

I.

Ἑρμηνεύεται γὰρ ὁ Ἐνὼς, ὡσανεὶ ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν. Οὕτω δὲ ὁ σωτὴρ υἱὸς τοῦ ὄντως ἀνθρώπου, κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον, Ἀφρικανοῦ.

Syn. 8. d. Ed. 7. b. Dicatur in not. qua occasione hec scribat Syc.

Enos enim, secundum Hebraicarum litterarum mentem, exponitur: quasi homo. Ita et Salvator, vere hominis filius ~~hominis~~ est, juxta naturalem Africani rationem, ait Africanus.

II.

Africani, de Egregoris.

Syncell. 15. c.

Multiplicatis hominibus super terram Angeli coeli, filiabus hominum coiverunt. In nonnullis exemplaribus reperi: „filii Dei.„ ~~Indicati~~ Innuit, ut existimo, Spiritus Sanctus, eos qui ex stirpe sunt, a Sethi vocari Dei filios, ob natos ~~ejus~~ ex ejus genere ~~stirpe~~ justos, et Patriarchas ~~usque~~ ad Servatorem: Ex Cain vero progeniem, hominum adpellari, utpote quae nihil divinum habebat, ob pravitatem generis, et naturae dissimilitudinem, eisdemque simul congressis, indignationem suam Deum inflixisse. Quod si cum Angelis rem illi habuisse putentur, magiis, et praestigiis deditos intelligere oportet, ~~eisque~~ iique ipsi ~~[illegible]~~, et astrorum motus, et meteororum notitiam mulieribus tradidisse dicendi sunt, ex quibus illae Gigantes pepererunt, per quos propagata pravitate, ~~uni~~ infidele viventium genus universum decrevit Deus diluvio delere. ~~De~~

forte ἔτι δὲ ἀριθμῶν, καὶ ἄστρων κινήσεως, καὶ τῶν μετεώρων

III.

Africani.

Syncell. 65. a. b.

Ponatur τούτοις

Adam cum esset annorum 230. genuit Seth, a tum superstes annis 700. ~~luce privatur~~, oculos lumini clausit, sive secunda morte obiit.

Seth cum esset annorum 205. genuit Enos. Ab Adamo igitur usque ad Enos nativitatem anni summatim numerantur 435.

Enos annos natus 195. genuit Cainan.

Cainan annorum 170. genuit Malaleel.

Malaleel annos natus 165. genuit Jared.

Jared cum annorum 162. esset aetate genuit Enoch.

Enoch aetate annorum 165. genuit Mathusalem, Deoque cum placuisset, annisque 200. superfuisset, non amplius repertus est.

Huc respicit Sync. 16. d.

Mathusalem annos natus 188. genuit Lamech.
Lamech cum esset annorum 188. genuit Noe.

IV.

Sync. 91. b.

Ἀλλὰ οὐδὲ Ἀφρικανῷ πειθόμεθα προστιθέντι τὰ κ΄. αὐτὰ κ΄. ἔτη, καὶ ,ϡξθ΄. τοῦ λέγοντι τοῦ Μαθουσάλα, ἀντὶ τοῦ ,ϡξθ΄.

Sed neque Africano adventiemur, eosdem 20. annos superaddenti, et Mathusalem loco annorum 969. annos 989. vixisse dicenti.

V.

Sync. 16. e.

Ὁ γὰρ Μαθουσάλας ἐν τῷ κατακλυσμῷ τέθνηκε, περὶ τοῦ Ἀφρικανὸς.

Leg. περὶ οὗ.

Nam Mathusalem ~~in~~ diluvio in periit, de quo Africanus.

VI.

Sync. 686. e.

Ὁ μέντοι Ἀφρικανὸς, ,βσξβ ἐπελογίσατο (τὸν κατακλυσμὸν) ἔκ τινων σπανίων ἀντιγράφων οὕτω περιεχόντων, οἷς οὐ χρὴ πείθεσθαι.

Africanus vero ex quibusdam raris exemplaribus, quę fidem non merentur anno 2262. diluvium posuit.

VII.

Sync. 07 a.

Ἀφρικανοῦ.

Νῶε ἦν ἔτων χ΄. ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. Γίνεται τοίνυν ἀπὸ Ἀδὰμ, μέχρι Νῶε, καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ ~~ἔτη~~, ,βσξβ΄. ἔτη.

Africani

Noe 600. annorum erat aetate, ingruente diluvio. Ab Adamo igitur, usque ad Noe, ac diluvium, anni sunt 26262.

VIII.

Africanus.

Sync. 17. c. d.

Decrevit Deus universum animantium genus diluvio delere, minatus homines annos vitę 120. non superaturos. Nemo contr[illegible] [illegible] eo quod ~~e~~ nonnulli [illegible] postea vitam longiu[illegible] [illegible] [illegible] bus, enim, qui tunc vigesimum annum agebant, centum annorum vitae tempus diluvio terminand[illegible] praefixum est. Noe vero sibi ob justitiam accepto, jussit Deus arcam extruere; qua aedificata, Noe cum uxore, et filiis, et uxore, ac nuribus, et primitiae cunctorum animantium, quo genera servarentur, arcam ingressae sunt. Annorum vero 600. aetate erat Noe, quando diluvium conti[illegible] Subsidentibus autem aquis, constitit arca in montibus Ararat, quos in Parthia esse ~~vidimus~~ novimus, licet nonnulli Celaenis Phrygia eos esse dicant; quorum locorum utrumque vidi. Integrum annum perseveravit inundatio, quo ad finem perducto, exsiccata est terra. Tum ex arca egressa sunt animantia, coiveruntque mas, et foemina quo contigit ordine, non secundum genus, quemadmodum arcam ingressa erant; atque a Deo benedictione donata sunt. Et horum quidem unumquodque, diversarum generum aliquid refert.

IX.

Sync. 69. e 69. a.

Africani.

Post diluvium autem Sem genuit Arphaxad.
Arphaxad annorum 135. genuit Sala anno 2397.
Sala annos natus 130. genuit Heber anno 2527.
Heber annorum 134. genuit Phaleg anno 2661. qui sic vocatus est, eo quod ~~die~~ ejus aetate divisa fuerit terra.

Donatur διὰ τό.

Phaleg anno aetatis 130. genuit Ragau, et postquam annos 209. superfuisset, vita functus est
Ab Adamo usque ad mortem Phaleg anni sunt 3000. juxta Eusebium vero 2980.
Ragau annos natus 132. genuit Serug.
Serug annorum 130. genuit Nachor.
Nachor anno aetatis 79. genuit Thare.
Thare annorum 70. genuit Abraham, Nachor, et Aram.

V. Sync. 79. b.

A diluvio ~~ergo~~ igitur, et decem Noe generationibus, usque ad transitum Abrahae in terram promissam, anni colliguntur 1015. ab Adami vero generationibus viginti, anni 3277.

X.

Sync. 42. c.

Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἀφρικανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ προστεθεῖσιν αὐτῷ καὶ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτεσι κ΄. προαφήρπαξε ταῦτα, καὶ ἐν τοῖς τοῦ Καϊνᾶν, καὶ ἐν τῶν μετέπειτα ρι΄. μόνα λείπεται. Διὸ καὶ ἕως Ἀβραὰμ πρώτου ἔτους ,γσβ΄ ἐστοιχείωσε.

Sed Africanus quidem in additis ab a Adamo ad diluvium annis viginti, hęc deinde subduxit, atque in temporibus Cainan, et sequentibus annos duntaxat 101. reliquit. Propterea ab Adamo usque ad primum annum Abrahami annos posuit 3202.

XI.

Africanus, de fabulosa Aegyptiorum, et Chaldaeorum [illegible] [illegible].

Sync. 14. b. c.

„Aegyptii igitur de aetatis suae antiquitate jactantius ... eloquuti, [illegible] annorum revolutionum, et myriadum seriem quandam, ab Astrologis suis conflictam statuunt; quas qui attente considerarunt, eas summatim colligentes, a

nos lunares esse dixerunt: nihilo tamen minus in fabulas declinantes, ad= miserunt octo, vel novem annorum millenarios, quos Aegyptii sacerdotes a= [illegible] ad Solonem usque falso numerarunt." Et paucis interjectis ait: "Tres [illegible] annorum [illegible] a Phoenicibus [illegible], et Chaldaeorum [illegible] xii myriades 48. commenti sunt, quid commemorare oportet? A Chaldaeis e= nim per Abraham orti Judaei, [illegible] quid homines decet a vero Moy= sis spiritu adversari edocti, ex reliquis Hebraicis historiis annorum 5500 nu= merum, usque ad salutaris dei verbi adventum, sub Caesaribus evulgatum, posteris tradiderunt."

XII.

Syncell. 43. a. b. c. d. — De Aegypti dynastiis post diluvium ad mentem Africani.

1. Post sublatos semideos, primum regnum recensetur, regum octo, quorum primus Menes Thecinites regnavit annis 62. et ab Hippopotamo raptus interiit.

2. Athothis filius ejus, qui Memphis regiam extruxit, cujusque anato= mici extant libri, medicus enim erat, regnavit annis 57.

3. Cencenes filius ejus regnavit annis 31.

4. Venephes filius ejus, sub quo fames ingens in Aegypto grassata est, qui et juxta Kochomen pyramidas erexit, regnavit annis 23

5. Usaphaedus filius ejus regnavit annis 20.

6. Miebidus filius ejus annis 26.

7. Semempsis filius ejus, sub quo validissima Aegypto lues ingruit, regnavit annis 18.

8. Bienaches filius ejus regnavit annis 26.

Summa omnium 253.

~~Primae~~ dynastiae ~~ordinem serium Eusebius eodem, quo et Africa= nus modo recensuit.~~

Sync. 44. b. c. — Secunda dynastia est regum Thinitensium novem, ~~quorum~~

Primus Boethus, sub quo terrae hiatus ad Bubastum multis exi= tium intulit, ~~regnavit annis 38.~~

+ Post hunc Chous. — 2. Caeachos,+ sub quo ~~Bos~~ Apis, Memphi, et Menevis ~~Heliopoli~~, Men= desiusque caper, dii habiti sunt, ~~regnavit annis 39.~~

3. Bi~~no~~thris (ophris), sub quo decretum est ut mulieres regni munus obtine= rent; regnavit annis 47. post istos alii tres, sub quibus nihil notatu dignum accidit.

4. ~~Tlas regnavit annis 17.~~

~~5. Sethenes annis 41.~~

~~6. Chaeres annis 17.~~

7. Nepher~~es~~cheres, sub quo septimo Nilum melle permixtum, diebus unde= cim fluxisse fabulantur, regnavit annis 25.+

Primae et secundae post Diluvium dynastiae anni summatim sunt 555. juxta secundam A= fricani expositionem.

+ 8. [illegible], cujus proceritas cubitos [illegible] altitudo 3 [illegible] regnavit annis 48.
9. [illegible] regnavit annis 30.
Summatim omnes anni sunt 302.

XIII.

Syncell. 44. c. d. e 45. a. b. — Primae et secundae post diluvium dynastiae anni sunt 555. juxta secundam Africani expositionem

Tertia dynastia regum Memphitarum novem, quorum

1. Necherophes, sub quo Libyes cum ab Aegyptiis defecissent, [illegible] de praeter modum aucta, sese ipsos perterriti Aegyptiis reddiderunt, annis regnavit 28.

2. Tosorthrus, qui ob Medicae artis peritiam, Aesculapius ab Ae= gyptiis est habitus; sectisque lapidibus aedificandi modum invenit, et characte= rum studio vacavit, annis regnavit 29.

3. Tyris regnavit annis 7.

4. Mesochris annis 17.

5. Soiphis annis 16.

6. Tosertasis annis 19.

7. Achis annis 42.

8. Siphuris annis 30.

9. Cerpheres annis 16.

Summatim omnes, anni ~~244~~. sunt 214

Trium simul dynastiarum anni juxta Africanum sunt 769

Quarta dynastia cognationis alterius regum Memphitarum octo

1. Soris regnavit annis 29.

2. Suphis, qui pyramidem omnium maximam erexit, quam a Cheope extructam ait Herodotus, quique Perop sub Peroptis nomine inter Deos relatus est, et sacrumque scripsit librum, quem veluti magnum [illegible] in Aegypto [illegible] sum, regnavit annis 63.

3. Suphis regnavit annis 66.

4. Mencheres annis 63.

5. Ratoeses annis 25.

6. Bicheres annis 22.

7. Sebercheres annis 7.

8. Thamphthis annis 9.

Summatim omnes, anni sunt 274.

Quatuor simul Dynastiarum, quae post diluvium fuere, anni juxta Africanum colliguntur 1046.

XIV.

Syncell. [illegible] — ex Africani mente. Dyna

Dynastia quinta regum ex Elephantina.

1. Usercheris regnavit annis 28.
2. Sephres annis 13.
3. Nephercheres annis 20.
4. Sisiris annis 7.
5. Cheres annis 20.
6. Rathuris annis 44.
7. Mercheres annis 9.
8. Tarcheres annis 44.
9. Obnus annis 33.

Summatim omnes, anni sunt 248. quae cum supra memoratis quatuor dynastiarum annis 1046. annorum 1294. summam conficiunt.

Sexta dynastia Regum Memphitarum sex.

Leg. ἐτη λγ' ut patet e summa.

1. Othoes, qui a satellitibus occisus est.
2. Phius regnavit annis 53.
3. Methusuphis annis 7.
4. Phiops sexennis regnare coepit, vixitque annis centum.
5. Menthesuphis anno uno regnavit.
6. Nitocris foemina sua aetate nobilissima, et formosissima, vultu colore rubicounda, quae tertiam pyramidem erexit, annis regnavit 12.

Summatim omnes, anni sunt 203. quae supra memoratis 1294. quinque dynastiarum annis adjecti, annorum 1497. summam componunt.

Septima dynastia Regum Memphitarum 70. qui diebus item 70 regnaverunt.

Octava dynastia regum Memphitarum 27. qui regnaverunt annis 146.

Octo dyna simul dynastiae summatim annos cotinent 1639.

XV.

Secundum Africanum.

Sync. 47. a.b. [illegible] ita emendavi [illegible] [illegible] potius [illegible] rent: [illegible]

Dynastia nona regum Heracleotarum 19. qui regnaverunt annis 409. quorum

Primus Achthoes majorum suorum crudelissimus, qui Aegypti incolas pluribus adfecit malis, atque in amentiam versus a Crocodilo occisus est. necatus est.

Dynastia decima regum Heracleotarum 19. qui regnaverunt annis 185.

Dynastia undecima regum Diospolitarum 16. qui regnaverunt annis 43. post quos Ammenemes regnavit annis 16.

Hucusque primum tomum perducit Manetho

Haec [illegible] ex Afr. [illegible] citante, quem et

Euseb. [illegible] citat apud Sync. 48. a. [illegible]

Summatim Reges sunt 192. anni 2350. dies 70.

Ex Manethonis tomo secundo, duodecima dynastia regum Diospolitarum septem.

1. Sesonchoris Ammanemi filius regnavit annis 46.
2. Ammanemes, qui a propriis Eunuchis interfectus est, regnavit annis 38.
3. Sesostris, qui novem annorum spatio Asiam universam ~~subjugavit~~, et Europae regiones ad Thraciam usque subjugavit, erectis ubique debellatarum gentium monumentis, quique in columnis generosas quidem nationes virilibus, imbelles vero muliebribus repraesentavit partibus, atque ab Aegyptiis primus post Osirim reputatus est, regnavit annis 48.
4. Lachares, qui Arsenoiticum Labyrinthum sibi pro sepulchro construxit, annis regnavit 8.
5. Ammeres regnavit annis 8.
6. Ammenemes ~~regn~~ annis 8.
7. Scemiophris ~~anni~~ soror ejus annis 4.

Al. edit. forte Dona habet. [illegible] quod si non sit ponatur Ammenemes.

Summatim omnes, anni sunt 160.

XVI.

Secundum Africanum.

Syncel. 48. c.d.

Dynastia quartadecima Regum Diospolitarum sex qui regnaverunt annis 184.

Desunt nonnulla.

Dynastia quae decima quinta Pastorum.

~~Erant~~ Fuerunt autem Phoenices extranei Reges sex, qui et Memphim ceperunt, et in nomo Sethroite urbem condiderunt, ex qua irruentes Aegyptios subegerunt. Horum

Primus Saites, a quo Saites nomus dictus est, regnavit annis 19.
2. Byon regnavit annis 44.
3. Pachnan annis 61.
4. Staan annis 50.
5. Archles annis 49.
6. Aphobis annis 61.

Summatim omnes, anni sunt 284.

Dynastia decima sexta Graecorum Regum Pastorum 32. qui regnaverunt annis 518.

Dynastia decima septima aliorum Pastorum Regum 43. et Thebaeorum Diospolitarum 43.

Summatim Pastores, et Thebaei regnarunt annis 153.

XVII.

Sync. 49 c. 55. a. [illegible]

Dynastia decima octava Regum Diospolitarum 16. quorum.

Primus Amos, sub quo Moyses ex Aegypto egressus est, prout demonstravimus.

XVIII.

Sync. 42. d. e. Hic quoque duos Reges praeteriit Eusebius annosque addidit 85. scribens annos 348. pro annis 263. quae ~~apud~~ summa apud Africanum legitur.

En quomodo Africanus volens Amosin anno Moysis 90. adscribere deficientibus sibi annis 1107. ex omissa secundi Cainan [illegible] tione decima tertia, quod et diximus jam, et saepius repetemus, [illegible] ~~tatem~~ tamen sectatus magis quam Eusebius, et videns hanc inter [illegible] opiniones [illegible]; regnante Amosi [illegible] Argis [illegible], [illegible] patrem Inachum cujus anno 41. Moyses [illegible] vidit, dicere coactus est, consentiens a veritate, et complurium opinione, licet hujusmodi calculus ca[illegible] suis perfecte non consonaret.

XIX.

Sync. 74. b. ~~Juxta~~ secundum Africanum.

Anno mundi 3277. promissam sibi terram Chananitidem ingressus est Abraham.

XX.

Sync. 79. c. Africani, de Abraham.

Hebraeorum nomen hic initium habet, Hebraei enim exponuntur transmigrantes, qui cum Abraham trajecerunt Euphratem; nec, ut quidam autumant, Hebraei dicti sunt ab Heber, quem antea memoravimus.

sequitur par. al= tera nomen [illegible] p. 68. c.

XXI.

Sync. 80. b. d. Abraham, in Africani hab Geraris commoratus est, quam urbem eamdem cum Ascalone esse ajunt nonnulli, inter quos Africanus.

XXII.

Africani.

Sync. 80. c. d. Fame in terra Chananitide grassante, Abraham in Aegyptum descendit, et timens ne propter uxoris pulchritudinem interficeretur, ejus fratrem se esse simulavit. Eam vero forma celebratam abduxit Pharao, ita enim Aegyptii Reges vocant. Qui ~~cum~~ poenis a Deo mulctatus, Abraham cum domesticis multis divitiis oneratum dimisit. Cum inter pastores Abrahae, et Loth in Chanaan orta lis esset, communi consensu ~~sepa~~ ab invicem separati sunt Abraham ipse, et Loth, qui Sodomis commorari elegit, ob praestantiam, et pulchritudinem regionis illius, quinque urbibus insignis, Sodomis scilicet, Gomorrha, Adama, Seboim, et Segor, totidemque Regibus. Hos inter, et quatuor finitimos Syrorum Reges, quorum dux erat Chodollogomor Rex Aelam, excitato bello; ad mare salis, quod nunc mortuum dicitur, pugnatum est. Eo in mari plurima mirabilia vidi. ~~At~~ Animans enim nullum nutrit aqua illa, et mortua quidem corpora ejus ima petunt, viva vero in eam haud facile merguntur. ~~Faces~~ Ardentes quidem faces sursum, extinctae vero deorsum in ea feruntur. In eadem bituminis fontes sunt, atque alumen, et salem, quae ab aliis aluminibus, et salibus aliquantulum discrepant; amara enim sunt, et pellucida. Si fructus circa eam enascatur, turbidissimo fumo turget. Aqua haec medelam utentibus suppeditat; et contra communem omnium aquarum morem, exsiccatur, ac nisi Jordanem fluvium pro alimento haberet, qui veluti concha nutritium, continuumque humorem [illegible]ministrat, citius quam videtur exaruisset. Circa eam crebrae sunt balsami plantae: eademque propter adcolarum improbitatem, a Deo exterminata creditur.

XXIII.

Sync. 84. b. Africanus.

Jacob septuaginta septem annos natus, Mesopotamiam petiisse dicitur, quasi ex Divina Scriptura.

XXIV.

Sync. 86. a. Jacob Pastorale tentorium Edessae servatum Antonini [illegible] Imperatoris tempore, fulmine destructum est, ut ait Africanus, qui usque ad ejusdem Antonini tempora aetatem, historiam perduxit.

XXV.

Sync. 86. b. Ad hujus terebinthi (Jacob) stipitem, altare extructum erat, teste Africano, ad quod in solemnibus populi conventibus, assiduas preces fundebant incolae: terebinthus autem haud comburebatur, ardere licet visa.

XXVI.

Sync. 93. a.

Οὔτε τῷ Ἀφρικανῷ πιστευτέον πζ'. ἔτει τοῦ Ἰακὼβ λέγοντι γεννηθῆναι τὸν Λευί.	Nec Africano habenda fides est, qui anno Jacob 87. Levi natum dicit.

XXVII.

Sync. 87. e. Annus Jacob 130. juxta Africanum, qui Josephum 70. post adventum Jacob in Aegyptum annis vixisse scribit, septimus, et ultimus famis annus fuit, Caath vero quintus, et ~~mundi 3606~~. Mundi ~~vero~~ autem fuit 3606.

Ponatur ε'. Καὶ

XXVIII.

Sync. 45. b. v. 48. d. — Africanus.

Ab Adamo igitur, usque ad mortem Josephi. mortem, ex hoc quoque [enumeratur] libro generationes quidem sunt 23. anni vero 3563.

XXIX.

Sync. 53. d — Inachus vero, ut ex Eusebii senten[tia] autumant, annis summatim 300. Cecrope prior est, atque ita fere sentit Africanus.

XXX.

Sync. 56. a. b — Reliqui Aegyptiorum Reges dynastiae duodevigesimae post primum Amosin secundum Africanum.

Secundus juxta Africanum dynastiae 18. regnavit Chebros annis 13.

Tertius Amenophthis regnavit annis 24.

Quartus Amersis annis 22.

Quintus Misaphris annis 26. 13.

Sextus Misphragmuthosis, sub quo Deucalionaeum diluvium contigit, regnavit annis 26.

Summa annorum usque ad Amosis, qui et Misphragmuthosis juxta Africanum est 69. Amasis enim nu annos nullatenus indicavit.

[Margin: ...ἄχρι Ἀμώσεως ... ἕως τῆς regnum Μισφραγ...]

XXXI.

Sync. 57. c. d. e 58. a. — Reliqui dynastiae 18. Reges post Misphragmuthosin juxta Africanum hoc ordine recensentur.

7. Tuthmosis regnavit annis 9.

8. Amenophis, qui Memnon habitus est, et lapis loquela praeditus, regnavit annis 31.

9. Horus regnavit annis 37.

10. Acherres annis 32.

11. Rathos annis 6.

12. Chebres annis 12.

13. Acherres annis 12.

14. Armeses annis 5.

15. Ramesses anno uno.

16. Amenoph annis 19.

Summatim omnes, anni sunt 263.

Dynastia undevigesima Regum Diospolitarum septem.

1. Sethos regnavit annis 51.

2. Rapsaces annis 61.

3. Ammenephthes annis 20.

4. Rameses annis 60.

5. Ammenemenes annis 5.

6. Thuoris, qui Polybus apud Homerum dicitur, regnavit annis 6.

7. Alcander, sub quo captum est Ilium, regnavit annis 7.

Summatim omnes, anni sunt 209.

Ex eodem secundo Manethonis tomo, Reges sunt 96. anni vero 2121.

XXXII.

Sync. 58. d. e. 59. a. b. c. — Juxta Africanum.

Ex tertio Manethonis tomo

Dynastia vigesima regum Diospolitarum duodecim, qui regnaverunt annis 135.

Dynastia 21. Regum Tanitarum septem.

1. Smedes regnavit annis 26.

2. Psusenes, sive Psuneses annis 46.

3. Nephelcheres annis 4.

4. Amenenophthis annis 9.

5. Osochor annis 6.

6. Pinachus annis 9.

7. Susennes annis 14.

Summatim omnes, anni sunt 130.

Dynastia 22. regum Bubastitarum 9.

1. Sesonchis regnavit annis 21.

2. Osorthon annis 15.

3. 4. 5. Reges alii tres regnaverunt annis 25.

6. Tachellothis regnavit annis 13.

7. 8. 9. Reges alii tres regnaverunt annis 42.

Summatim omnes, anni sunt 120.

Dynastia 23. Regum Tanitarum quatuor.

1. Petubates, sub quo prima Olympias acta est, regnavit annis 40.

2. Osorcho, quem Aegyptii Herculem vocant, regnavit annis 8.

3. Psammus regnavit annis 10.

4. Zet annis 31.

Summatim omnes, anni sunt 89.

Dynastia 24.

Bonchoris Saites, cujus tempore loquutus est agnus loquutus est annis 990. regnavit annis 6.

[Margin: Delenda verba ἔτη ϡϞ, vel scribendum: ὁμοῦ ἔτη 990. similiter Eusch. ap. Sync. 60. a.]

Dynastia 25. Regum Aethiopum trium.

1. Sabbacon, qui Bonchorim in captivitatem redactum, vivum combussit, regnavitque annis 8.

2. Sevechus ejus filius regnavit annis 14.

3. Tarchus annis 18.

Summatim omnes, anni sunt 40

XXXIII.

Secundum Africanum

Sync. 60. c. d. e. 61. a.

Dynastia 26. Regum Saitarum 9.

1. Stephinates regnavit annis

2. Nerecses annis 6.

3. Nechao annis 8

4. Psammiticus annis 54

5. Nechao secundus, qui Hierosolym cepit et Ioacha[z] captivum in Aegyptum abduxit, annis regnavit 6

6. Psammuthis alter regnavit annis 6

Vaphris, ad quem Iudaeorum reliqui, capta ab Assyriis Hierosolymae confugerunt, regnavit annis 19.

8. Amosis regnavit annis 44

9. Psammacherites mensibus 6.

Summatim colliguntur anni 150. menses 6.

Dynastia 27. Regum Persarum 8.

Sync. p. ἔτει ε. 1. Cambyses anno regni sui Persarum quinto, Aegypti regnum obtinuit, quod tenuit annis 6.

2. Darius Hystaspis filius regnavit annis 46

3. Xerxes magnus annis 21.

4. Artabanus ~~annis~~ mensibus 7.

5. Artaxerxes annis 41.

6. Xerxes mensibus ...

7. Sogdianus annis mensibus

8. Darius Xerxis annis 19.

Summatim colliguntur anni 124. menses 4.

Dynastia duodetrigesima.

Amyrtaeus Saites regnavit annis 6.

Dynastia 29. Regum Mendesiorum quatuor.

1. Nepherites regnavit annis 6.

2. Achoris annis 13.

3. Psammuthis anno uno.

4. Nephorotes mensibus 4.

Summatim colliguntur anni 20. menses 4

XXXIV.

Secundum Africanum

Sync. 62. a. b.

Dynastia 30. Regum Sebennytarum trium.

1. Nechtanebes regnavit annis 18.

2. Teos annis 2.

3. Nectanebes annis 18.

Summatim omnes, anni sunt 38.

Dynastia 31. Regum Persarum trium.

1. Ochus vigesimo regni sui Persarum anno Aegypti potitus, annis duobus Aegyptiis imperavit.

2. Arses regnavit annis 3.

3. Darius annis 4.

Summatim omnes, anni sunt 9

Potius, al. Totalis summa est annorum 1050.

Hucusque Manetho.

Quae sequuntur, ex Graecis auctoribus petita sunt.

XXXV.

Africani.

Sync. 119. b. c.

„Idithya Piranti filia, primum Junoni Argis sacra fecisse traditur.

Temporibus istis Atlas Promethei frater, Astrologiae peritissimus clarebat: qui ob scientiam, qua praeditus erat, coelum sustinere dictus est. Euripides autem Atlantem, [...] sublimiorem nubibus montem esse ait.

Hic Gothoniel temporibus floruit, ut testantur omnes Christiani historici, quorum ex numero Africanus haec ait.

+ et Corybantes „ Curetes,+ e Curetia, quae nunc Acarnania dicitur oriundi Cnossum incoluerunt, et armatorum hominum regularem motum invenerunt.

His temporibus Syrus, a quo Syria nomen accepit, e terra ortus dicitur: alii vero eum annis centum priorem affirmant. De Prometheo quoque, et Euritheo, Atlante, et Argo, Prometheique filia Io, et Panopto diversimode variis item modis loquuntur. Atque alii quidem eos Cecropis biformis aequales faciunt, alii Cecrope ipso priores volunt annis sexaginta, alii annis nonaginta."

Ex Joannis Malalae Chronographiae Libro IV. (p. 28. a)

Καὶ κατέσχεν ἡ βασιλεία αὐτῶν (Σικυωνίων) ἔτη [..] πε΄. καθὼς

Duravitque hoc regnum (Sicyoniorum) annos 285. quemadmodum sa=

36. ‡ Utrusquam prosequaris describe fragm. quod est pag. 37. suo signo ‡ deinde 40.

Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος συνεγράψατο.

sapientissimus Africanus litteris tradidit.

* II.

Ἑνὸς ἔτους ὑπολειπο‑ ... Ἀφρικανὸς ... Σαμ... Ἰσραὴλ ... οὐκ εἶπε ...

Anno uno redundante, quo Africanus, Samgar in Israel Judicis officio functum esse ait, nullum ei potestatis spatium adsignante scriptura. (Sync. 140. d.)

Ex Georgii Syncelli Chronographia.

III.

Sync. 129. b.

Ἀφρικανὸς δὲ τοὺς Ἰεροβαὰλ αὐτοὺς λέγει πάντας (Ἀβιμέλεχ, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδελφούς.)

Africanus vero eos omnes (Abimelech, ejusque fratres), Jerobaal filios fuisse ait.

IIII.

Sync. 131. e.

Ἀβδὼν κριτὴς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη η΄. Ἀφρικανὸς ἔτη κ΄ φησὶν οὐ καλῶς.

Abdon Judex judicavit Israel annis 8. Africanus ait 20. sed perperam.

V.

Sync. 29. a.

Ἔτι δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Σαμψὼν τοῦ κριτοῦ, τῆς ἀναρχίας, ἤτοι εἰρήνης τοῦ λαοῦ μ΄ ἔτη ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν (Εὐσέβιος.) Ὁ δὲ Ἀφρικανὸς αὐτῶν ἐμνημόνευσε, καὶ τῇ τοῦ χρονογραφίου αὐτοῦ ὁμάδι συμψηφισάμενος ἥνωσε

Praeterea post Sampsonis judicis mortem, anarchiae tempus, sive pacis populi annos 40 in prolixiori Chronicorum contextu minime commemoravit. Eorum vero meminit Africanus et eos universali sui Chronographiae annorum conspectui colligens suam inseruit.

VI.

Sync. 63. e. 64. a.

Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἀφρικανὸς διημάρτηκεν, μὴ στοιχειώσας τοῦτον τὸν δεύτερον Καϊνᾶν, ὅθεν καὶ ἐν τοῖς ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ἕως Ἡλεὶ, καὶ Σαμουὴλ, ἠναγκάσθη ἔτεσι προσθεῖναι χρόνους ἐγγὺς ρμ΄.

Similiter et Africanus erravit, cum secundi hujus Cainan tempora non numerasset, adeo ut a Jesu Nave, et Senioribus, usque ad Heli, et Samuel, annos circiter 140. addere coactus fuerit.

VII.

Sync. 140. d.

Τὰ κατὰ Ἀφρικανὸν, ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τέλους τῶν Κριτῶν, καὶ ἀρχῆς Ἡλεὶ τοῦ ἱερέως, ἔτη ,δσϞβ΄

Juxta Africanum, ab Adamo, usque ad extrema judicum tempora, et potestatem ab Heli Sacerdote in populum exercitam, anni numerantur 4292.

Ex Joannis Malalae Chronographiae Libro IV. (37. b.)

Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Σαοὺλ, ἐπενόησαν πρῶτον ἀγῶνα οἱ Πισαῖοι Ὀλυμπίων, τότε τὴν ἑορτὴν ἐπιτελέσαντες τὴν κοσμικὴν τῷ Διῒ Ὀλυμπίῳ· περὶ ὧν ὁ σοφώτατος Ἀφρικανὸς ἐχρονογράφησεν.

Temporibus Saul, Olympicum certamen Pisaei primum excogitarunt, universalem Jovi Olympico festivitatem celebrantes. De quibus scripsit sapientissimus Africanus in Chronographia.

37.

Ex Georgii Syncelli Chronographia

I

Sync. 143. c.

Εἰσὶν οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τῆς η΄ ἔτους αὐτοῦ ἔτι (Σολομῶντος) ἔτη ,δυοη΄. κατὰ δὲ τὸν Ἀφρικανὸν ,δυνζ΄.

[illegible] ...itur, ... ad ... Salomonis annum octavum, sunt anni 4478. juxta Africanum vero 445[illegible]

II.

Sync. 140. a.

Ἔσται ὁ πᾶς ἀπὸ τῆς ἐξόδου χρόνος, ἕως ἐπὶ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐτῶν χνθ΄. κατὰ δὲ Εὐσέβιον χ΄. καὶ κατὰ Ἀφρικανὸν ὑπὲρ τὰ ψμ΄.

Integrum temporis spatium ab exitu ex Aegypto, usque ad aedificationem templi, extenditur annorum 659. secundum Eusebium vero 600. secundum Africanum autem 740.

III.

Sync. 148. b.

Ἀθηναίων κϛ΄ ἐβασίλευσεν Ἀρίφρων Φερεκλέους ἔτη κ΄. κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν ἔτη λα΄.

Atheniensium Rex 26. Ariphron Phereclis filius regnavit annis 20. juxta Africanum vero 31.

Ex Joannis Malalae IV. Chronographiae Libro IV. (p. 37. a.)

Καὶ κατέσχεν ἡ βασιλεία Λακεδαιμονίων ἔτη τὰ πάντα ἔτη τκε΄. ὡς Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος συνεγράψατο.

Duravitque Lacedaemoniorum regnum annos summatim 325. quemadmodum sapientissimus Africanus scriptum reliquit.

‡ I.

Sync. 123. a.

Ἑβδομηκόστῳ ἔτει τοῦ Ἀὼδ φησιν Ἀφρικανὸς τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.

Anno a Aod 70. Deucalioneum diluvium [illegible]

Ex Georgii Syncelli Chronographia

I.

Sync. 161. c.

Ἡ... Ἰωνᾶς ... εἰς Νινευὶ, εἰς Θαρσεῖς φεύγει, καὶ ... ἀνακεῖται. Θαρσεῖς δὲ Ῥόδον, καὶ Κύπρον Ἀφρικανὸς λέγει εἶναι.

Ubi Jonas Ninivem mittitur, in Tharsis fugit, atque a ceti devoratus, triduanus ... sed autem nomen ... designare putat Africanus

II.

Τοῦ Ἰσραὴλ ιϛ. ἐβασίλευσε Φακεσίας υἱὸς Μαναὴμ ἔτη ι. Ἀφρικανὸς [illegible]

In Israel sextusdecimus regnavit Phacesias filius Manahem annis 10. juxta Africanum autem 2.

III

Sync. 162 a. Εἰσὶ μὲν τινὲς τῶν ἀντιγράφων κ. ἔχοντα ἔτη τοῦ Φακεέως, καὶ Ἀφρικανὸς, καὶ Εὐσέβιος.

Sunt quidem Codices, qui annos Phaceae adsignent viginti, quibus consonant Africanus, et Eusebius.

+ Hic ponantur quæ sunt in hac pag. sub signo +

\+

Ex Joannis Malalæ Chronographiæ
Libro IV. (p. 29. c.)

Καὶ κατελύθη ἡ βασιλεία τῶν Ἀθηναίων, κρατήσασα ἔτη τζ. καθὼς Ἀφρικανὸς ὁ σοφώτατος Χρονογράφος ἐξέθετο.

Cessavitque regnum Atheniensium regnum, cum annos durasset 307. quemadmodum scripsit Africanus sapientissimus Chronographus

\+ Ex Chronico Paschali
(p. 84.)

v. Chron. 282. Τὴν α΄. Ὀλυμπιάδα ὁ Ἀφρικανὸς κατὰ Ἰωαθὰμ Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα Βασιλέα συνάγει. Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν κατὰ τὸν αὐτὸν παρίστησι. Γράφει δὲ ὁ Ἀφρικανὸς ὧδε πρὸς λέξιν· „ Αἰσχύλος ὁ Ἀγαμήστορος, ἦρξε τῶν Ἀθηναίων ἔτη κγ΄. ἐφ' οὗ Ἰωαθὰμ ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ. Καὶ ὁ ἡμέτερος κανὼν, λέγει, ἐπὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος τὸν Ἰωαθὰμ Βασιλέα Ἰούδα συνείληφεν. „

Olympiadem primam ad tempora Joatham Regis Judæ Hebraeorum tribus refert Africanus. Noster quoque canon eā iisdem temporibus adsignat. Ita autem ad verbum scribit Africanus: „ Aeschylus Agamestoris filius, Atheniensibus imperavit annis 23. quo tempore Joatham regnabat in Hierusalem. Noster vero Canon, inquit, Olympiade prima Joatham Judæ Regem comprehendit. „ ‡

‡ Hic ponantur quæ sunt in hac pag. supra sub titulo = Ex Joannis Malalæ Chronograph. etc. ‡ = deinde ~~sequentia~~ describantur, quæ sunt pag. 39. sub signo ‡. quo facto, huc recurrendum.

Ex S. Joannis Damasceni Scholio ad ~~Lo~~ Sacrorum Parallelorum ~~Titul~~ Literam E. Titulū 7.
(463. c)

Ἱστόρηται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆ, τὰ δεσμὰ διεῤῥάγη σιδηρᾶ ὄντα, καὶ ἔφυγεν.

Refert Africanus, Manassen dum orationem Deo porrigeret, diruptis vinculis ferreis liberatum esse, ac fuga deinde evasisse.

‡ Ex Georgii Syncelli Chronographia.

Sync. 163. d. Ἀπὸ γὰρ τοῦ κοσμικοῦ ,δφιγ΄ ἀρξαμένη, εἰς τὸ τεταγμένον ,δψοα΄. (ἔτος τὸ τῆς ~~τοῦ~~ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσίας τῆς ἐπὶ Ὠσηὲ) ἔληξε. Κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν ,δψν΄.

Nam a mundi anno 4513. exordio sumpto, usque ad annum supra dictum quo perseveravit (quo fuit captivitas Israel sub Osee) 4771. juxta Africanum 4750.

Ex Georgii Syncelli Chronographia

I

Ἀφρικανὸς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους ~~τ~~ Σεδεκίου τὰ ο΄. ἀριθμεῖ τῆς αἰχμαλωσίας.

Africanus a Sedeciae anno primo, septuaginta captivitatis annos [illegible]

II.

Sync. 178. c. Ἐκ ταύτης τῆς αἰχμαλωσίας ἦν Δανιὴλ ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ Ἀνανίᾳ, Ἀζαρίᾳ, Μισαήλ. Οὗτος ὁ Δανιὴλ παιδευθεὶς τὴν παιδείαν, εὐάρεστος ἐγένετο τῷ Βασιλεῖ Ναβουχοδονόσορ. Ταῦτα καὶ ὁ Ἀφρικανὸς, μαρτυρῶν ὅτι ἐκ τῆς β΄ αἰχμαλωσίας Ἰούδα ἦν ὅτε Δανιὴλ, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες.

Captivitate ista Daniel cum sociis Anania, Azaria, Misaele abductus est. Daniel iste disciplinis instructus, Nabuchodonosor Regi placuit. Ita et Africanus, testatus Danielem, ~~et~~ tres pueros secunda Judæ captivitate fuisse abductos fuisse.

Ex Joannis Malalæ Chronographiæ
Libro VI. (66. d.)

Μετὰ δὲ τὸ ἀπολέσθαι τὴν βασιλείαν τῶν Λυδῶν, οἱ Σάμιοι θαλασσοκρατήσαντες, ἐβασίλευσαν τῶν μερῶν ἐκείνων. Καὶ ἀκούσας μετὰ χρόνους Κῦρος ὁ Βασιλεὺς Περσῶν, ἐπεστράτευσε κατ' αὐτῶν· καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς, ναυμαχίᾳ πολεμήσας, ἡττήθη, καὶ ἔφυγε· καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἐσφάγη. Περὶ τοῦ πολέμου Κύρου, καὶ τῶν Σαμίων ὁ σοφώτατος Πυθαγόρας ὁ Σάμιος συνεγράψατο· ὅστις καὶ εἶπεν αὐτὸν Κῦρον τεθνάναι εἰς τὸν πόλεμον. Ταῦτα δὲ πάντα καὶ ὁ σοφὸς Ἀφρικανὸς ἐχρονογράφησε.

Everso Lydorum regno, Samii maris imperio potiti regionibus illis imperarunt. Quod cum postea ad Cyri Persarum regis aures pervenisset, bellum hic contra Samios instruxit, consertisque manibus in navali prælio, profligatusque, in fugam versus est, et peremptus, cum in terram suam adpulisset. De Cyri, et Samiorum bello scripsit sapientissimus Pythagoras Samius, qui Cyrum ipsum eodem in bello occubuisse ait. Hæc etiam sapiens Africanus in Chronographia litteris mandavit scriptis mandavit.

Ex Georgii Syncelli Chronographia.

I.

Τοῦτον (Καμβύσην) οἱ ἑβδομήκοντα [illegible] εἶναι Ναβουχοδονόσορ δεύτερον τὸ κατὰ [illegible] [illegible], καὶ τῇ Ἰουδὴθ. ὡς καὶ Ἀφρικανός.

Hunc (Cambysen) [illegible] ex [illegible] est [illegible], [illegible] putant esse [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible].

II.

sync. 198. c. Ἀφρικανοῦ, περὶ τοῦ Ἔσδρα.

Συγχωρήσαντος Ἀρταξέρξου, τοὺς ὑπολοίπους τῶν Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας ἤθροισεν Ἔσδρας, τά τε λείψανα τῶν σκευῶν τοῦ ναοῦ ἦλθεν ἔχων εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸν νόμον ἐδίδασκε. Ὡς δὲ ἐπύθετο κατ' ἐπιγα[illegible] αὐτοὺς ἀναμεμίχθαι τοῖς ἔθνεσιν. ἠνάγκαζε τοὺς οὐχ ὁμοεθνεῖς ἔχοντας ἐξῶσαι ἕκαστον τὰς γυναῖκας ἑαυτοῦ. Οἱ δ' ὑπήκουον, καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπειγομένου τὸ ἔργον ἐπετελεῖτο.

Africani, de Esdra.

Permittente Artaxerxe Judaeos captivos, qui supererant, collegit Esdras, et vasorum templi reliquias secum adferens, Hierusalem venit, Legemque [illegible] docebat. Cum autem didicisset Judaeos cum Gentilibus connubia [illegible] cuisse, viros qui alienigenas habebant uxores, ad eas [illegible] impulit. qui cum [illegible] [illegible] sent, ante veris adventum, opus perfectum est.

III.

sync. 220. d. Κατὰ Ἀφρικανόν.

Ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Κτιστοῦ χρόνων, ὑποδύντες Ἰουδαῖοι τῇ Μακεδόνων etc.

Secundum Africanum.

